Archimedes

Dono Illustrissimi & Summe Reverendi Joannis Fell, Episcopi Oxoniensis Sum

Joannis Georgii Graevii.

Auct. Gr. Vet. 127. p. 573.

7. 2.

ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ
ΤΟΥ
ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ
Ψαμμίτης,
καὶ Κύκλου Μέτρησις.
ΕΥΤΟΚΙΟΥ ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΟΥ,
εἰς αὐτὸν ὑπόμνημα.

ARCHIMEDIS
SYRACUSANI
Arenarius,
Et Dimensio Circuli.
EUTOCII ASCALONITÆ,
in hanc Commentarius.

Cum Versione & Notis *Joh. Wallis*, SS.Th.D.
Geometriæ Professoris Saviliani.

OXONII.
E Theatro SHELDONIANO. 1676.

Lectori Præfatio.

ANte annos jam aliquot publice teſtatum fecimus, nobis in animo fuiſſe editionem veterum omnium Mathematicorum hic loci adornare, & typis noſtris excudere. In eam porro rem, ſcriptores pro ſeculi in quo vixerunt, & Argumenti quod tractarunt ratione, in claſſes atque ordines diſtinximus; adnotatis ſubinde neotericorum inventis, quæ aut artem promoverent, aut laboris compendia facerent. Quinimo Bodleianæ, Savilianæ, aliarumque noſtratium Bibliothecarum, quæ MS codicibus abundant, Scrinia excuſſimus; cumque inditorum exemplaria quædam ibidem deſiderarentur, viris idoneis in partes exteras tranſmiſſis, de iiſdem procurandis ſategimus. Nominatim *Apollonii Pergæi* tres libros poſteriores Arabicè, & *Serenum* de Sectione Cylindri atque Coni Græcè, Lugduni & Pariſiis tranſcribendos curavimus. Insuper

ſuper cum conſultiſſimum videretur ut *Euclides* agmen duceret, illius rei curam fidei Eruditiſſimi noſtri Dni *Edv. Bernardi* Profeſſoris Aſtronomiæ Saviliani commendavimus; qui non ſolum omnes intendebat nervos, ut liber ipſe omnibus numeris abſolutus prodiret, ſed ſuis ſumtibus diagrammatum totius operis formas eleganter delineandas & exculpendas curaverat, ſpecimine paginarum aliquot Typis inſuper commiſſo.

Sed poſt hæc omnia, cum conatus noſtri tantum aberant ut Mœcenatem ſortirentur, ut vix laudatorem unum aut alterum invenirent, conſilium hoc ceu prorſus deploratum ultro depoſuimus. Nihilominus ut cognoſcerent ſtudioſi, quam minime ſupervacua futura eſſet illa opera quæ in veterum ſcriptis collocatur, placuit nunc temporis, breves hoſce *Archimedis* tractatus, una cum *Eutocii* in eorum alterum Scholiis, ex recenſione Doctiſſimi noſtri Dni Dris *Walliſii*, Profeſſoris Geom. Saviliani, in lucem emittere; quibus

tot

tot mendæ olim irrepserant, quot fuerant voces, quarum pleræque non tam Criticum aut Grammaticum videbantur desiderare, quam vatem & hariolum.

Revera literata Pubes haud alibi honestius se quam in hac Arena exercuerit, quæ terrarum orbis molem conficit una & designat. Cœlos intueri leve quiddam est, cum insuper concedatur eosdem metiri & limitibus præfinitis claudere; nec terras pedibus subjectas jactare par erit, cum liceat nobis non illas modo, sed diffusam Universi machinam calculis subjicere, & tanquam rem familiarem in numerato habere. Nec certe illustriore specimine se facile Mathesis ostentaverit, quam in scriptis istis; ubi, ceu partitâ ex æquo victoriâ, Arithmetica & Geometria de rerum Natura pariter triumphant; siquidem altera Universi molem numeris suis, altera ejusdem ambitum lineis coërcet.

Cessent ergo prætextati Juvenes, luxu & ignavia ævum transigentes, rus paternum

ternum & hæreditaria jugera magni æstimare; ad facultates ampliores, in quas fortuna jus non habet, Musæ & Artes vocant: orbem terrarum intelligendo suum facere poterunt, & sapiendo astris dominari; perfruentur opibus quascunque non concupiscunt; omnia possessuri sunt quibus libenter carere didicerunt: demum, qui propriis affectibus imperaverint, latius dominabuntur, quam qui Cives ad frena perduxerint, aut Hostes sub jugum miserint.

In Arenarium Archimedis.

Conflatum ex micis Epicurus credidit orbem,
Maximaque in rebus polline creta levi.
Verum atomos, quot terra capit, quot inania cœli,
Dicere, ut ex numero granula nulla cadant,
Hoc opus, hoc comti superat Doctoris acumen,
Parque Syracosio calculus ingenio est.

ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ

Ψαμμίτης.

ARCHIMEDIS

Arenarius.

Αρχιμήδους Ψαμμίτης.

Οἴονται τινὲς, βασιλεῦ Γέλων, τοῦ ψάμμου τὴν ἀριθμὸν, ἄπειρον εἶναι τῷ πλήθει. Λέγω δὲ, οὐ μόνον τοῦ περὶ Συρακόσας τε καὶ τὴν ἄλλαν Σικελίαν ὑπάρχοντος· ἀλλὰ καὶ τοῦ κατὰ πᾶσαν χώραν τάν τε οἰκουμένην καὶ τὴν ἀοίκητον. Εἰ τινὲς δὲ αὐτὸν ἄπειρον εἶναι οὐκ ὑπολαμβάνουσι· μηδένα μέντοι παλικοῦν κατονομασμένον ὑπάρχειν, ὅστις ὑπερβάλλει τὸ πλῆθος αὐτοῦ· Οἱ δὲ οὕτως δοξάσαντες· δῆλον ὡς, εἰ νοήσαιεν ὅκ τοῦ ψάμμου παλικοῦν ὄγκον συγκείμενον εἶναι, ἁλίκος ὁ τοῦς γᾶς ὄγκος, ἀναπεπληρωμένων ἐν αὐτῷ τῶν τε πελαγέων πάντων, καὶ τῶν κοιλωμάτων τοῦς γᾶς ἴσον ὕψος τοῖς ὑψηλοτάτοις τῶν ὀρέων· πολλαπλασίως μὲν ἤγοῦντο, μηδ' ἐν ἀριθμῷ ἔμμενον ὑπερβάλλοντα τὸ πλῆθος αὐτοῦ·

Ἐγὼ

Archimedis Arenarius.

SEntiunt nonnulli, Rex Gelo, Arenæ numerum, esse multitudine infinitum. Illam volo, quæ non modo Syracusas reliquamque Siciliam, sed & regionem omnem, qua inhabitatam, qua non inhabitatam adjacet. Quique non infinitum illum esse præsumunt; præsumunt saltem, non tantum ullum esse numerum nomen sortitum qui illius superet multitudinem. Qui vero ita opinantur: certum est, si tantam Arenæ molem congestum iri mente conciperent, quanta foret Telluris moles, repletis inibi tum pelagis omnibus, tum Telluris cavitatibus ad summorum usque montium altitudinem; multo magis existimaturos, non in promtu esse numerum qui hujus multitudinem superaret.

Ego vero id acturus sum, ut demonstrationibus ostendam geometricis, quibus & Ipse assentiaris, inter numeros à nobis nomine insignitos, & in eis quæ ad Zeuxippum scripsimus expositos, eos esse qui numerum superent, non modo illius arenæ quæ Tellurem sicut diximus repletam æquet magnitudine, sed & quæ magnitudine æquet Mundum ipsum.

Mundum autem, à plerisque Astrologis appellatam intelligis Sphęram illam, cujus centrum idem est atque Telluris; rectaque ex centro (*quam semidiametrum vocant*,) æqualis ei quæ centrum Solis & Telluris centrum interjacet. Hæc utique in scriptis contra Astrologos Hypothesibus discutiens Aristarchus Samius scripto edidit, in quibus ex positis colligitur Mundũ multis vicibus majorem esse eo quem modo diximus.

Ponit enim ille tum inerrantia Sydera, tum Solem ipsum, immotos

Ἐγὼ δὲ πρεσβεύω τοῦτο δεικνύειν δι' ἀποδείξεων γεωμετρικῶν, αἷς ἐξεταστέον, ὅτι τῶν ὑφ' ἡμῶν κατονομασθέντων ἀριθμῶν, καὶ ἐνδεδειγμένων ἐν τοῖς πρὸς Ζώιππον γεγραμμένοις, ὑπερβάλλοντι τινὲς, καὶ μόνον τὸν ἀριθμὸν τοῦ ψάμμου τοῦ μεγέθους ἴσον τῇ γῇ πεπληρωμένῃ καθάπερ εἴπαμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ μεγέθους ἴσον ἐχοντα τῷ κόσμῳ.

Κατέχεις δὲ ὅτι καλεῖται Κόσμος, ὑπὸ μὲν τῶν πλειόνων ἀστρολόγων, ἡ σφαῖρα ἧς ὁ κέντρον μὲν τὸ τῆς γῆς κέντρον, ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση τῇ διὰ τοῦ μεταξὺ τοῦ κέντρου τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ κέντρου τῆς γῆς. Ταῦτα δὲ ἐν ταῖς γραφομένοις παρὰ τοῖς ἀστρολόγων Ἀρίστας Ἀρίσταρχος ὁ Σάμιος ὑποθεσιῶν ἐξέδωκεν γράψας· ἐν αἷς ἐκ τῶν ὑποκειμένων συμβαίνει, τὸν κόσμον πολλαπλάσιον εἶναι μέν τοῦ νῦν εἰρημένου.

Ὑποτίθεται δὲ, τὰ μὲν ἀπλανῆ τῶν ἄστρων, καὶ τὸν ἥλιον, μένειν ἀκίνητον.

νητον. τὸν δὴ γῆν περιφέρεσθαι περὶ τὸν ἥλιον, κατὰ κύκλου περιφέρειαν, ὃς ἐστὶν ἐν μέσῳ τῷ δρόμῳ κείμενος· τὸν δὴ τῶν ἀπλανῶν ἄστρων σφαῖραν, περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον τῷ ἡλίῳ κει- 50 μένην, τῷ μεγέθει παλικαύτην εἶναι, ὡς περ τὸν κύκλον καθ' ὃν τὰν γᾶν ἱστορεῖται περιφέρεσθαι, τοιαύτην ἔχειν ἀναλογίαν ποτὶ τὰν τῶν ἀπλανῶν ἀποστασίαν, οἵαν ἔχει τὸ κέντρον τᾶς 55 σφαίρας ποτὶ τὰν ὑπιφάνειαν. Τοῦτο δὲ εὔδηλον ὡς ἀδύνατον ἐστίν. Ἐπεὶ γὰρ τὸ τᾶς σφαίρας κέντρον οὐδὲν ἔχει μέγεθος· οὐδὲ λόγον ἔχειν οὐδένα ποτὶ τὰν ἐπιφάνειαν τᾶς σφαίρας ὑπο- 60 λαπτέον αὐτό.

Ἐκδεκτέον δὴ τὰ Ἀρίσταρχον Σαμονοεῖος τόδε. Ἐπειδὴ τὰν γᾶν ὑπολαμβάνομεν ὥσπερ μεν τὸ κέντρον τοῦ κόσμου· ὃν ἔχει λόγον ἁ γᾶ ποτὶ 65 τὸν ὑφ' ἁμῶν εὑρημένον κόσμον, τοῦτον ἔχειν τὰ λόγον τὰν σφαῖραν ἐν ᾗ ἐστὶν ὁ κύκλος καθ' ὃν τὰν γᾶν ἱστορεῖται περιφέρεσθαι, ποτὶ τὰν τῶν

ἀπλα-

consistere: Tellurem vero, in circuli circumferentiâ circa Solem ferri; in curriculi medio situm: ipsamq; Syderum innerrantium sphæram, eidem cum Sole centro circumpositam, tantâ esse magnitudine, ut circulus quo Tellurem ponit circumferri eam habeat proportionem ad inerrantium distantiam, quam sphæræ centrum habet ad superficiem.

Hoc autem omnino constat fieri non posse. Quippe cum sphæræ centrum nullam habeat magnitudinem; neque ullam ad sphæræ superficiem habere rationem concipiendum est.

Censendus autem est Aristarchus hoc intelligere: nempe: Cum Tellurem concipiamus tanquam mundi centrum; quam habet rationem Tellus ad illum quem nos Mundum dicimus, eam habere rationem Spheram illam in qua circulus est quo Tellurem ponit circumferri, ad inerrantium stellarum sphæram;

phæ-

phænomenis ſic poſitis, demonſtrationibus confirmatum it. Maximeque hoc conſtat, quod Sphæram illam, qua Tellurem moveri vult, magnitudine præſumat æqualem illi quem nos Mundum dicimus.

Quin dicimus; Si ex Arena fieret ſphæra, tanta magnitudine, quanta ponit Ariſtarchus Syderum inerrantium ſphæram eſſe; Etiam ſic, numeros ſuppetere, ex iis qui, in Principiis (*quæ dico*) oſtenduntur, Nomenclaturam ſortiri, qui multitudine ſuperent eum ipſum iſtius Arenæ numerum quæ ſphæram jam dictam æquet magnitudine.

Nempe his poſitis. Primo, Telluris perimetrum eſſe quaſi Tercentum myriadum ſtadiorum (*ſeu ſtadiorum ter millenorum millium*) ſaltem non majorem. Quippe cum demonſtrandum ſuſceperint alii (quod tu probe ſcis) eam eſſe quaſi ſtadiorum triginta myriadum; Ego liberalior, conſtituto Telluris ambi-

tu

ἀπλανῶν ἄστρων σφαῖραν· τὰς ἀπο-
δείξεις, τῶν φαινομένων ὕτως ὑπο-
κειμένων, ἐναρμόζει. Καὶ μάλιστα
φαίνεται, τὸ μέγεθος τᾶς σφαίρας
ἐν ᾗ ποιεῖται τὰν γᾶν κινουμένᾳ,
ἴσον ὑποτίθεται τῷ ὑφ' ἁμῶν εἰρη-
μένῳ κόσμῳ.

Φαμὲν δὴ καὶ εἰ γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμ-
μου σφαῖρα παλικαύτα τὸ μέγεθος,
ἁλίκᾳ Ἀρίσταρχος ὑποτίθεται τᾶν
τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαῖραν εἶμεν·
καὶ ὕτως, πυκὰς δεικθέντων ἐν Ἀρχαῖς
τῶν κατονομασίᾳ ἐχόντων, ὑπερ-
βάλλοντας τῷ πλήθει τὰ καὶ τοῦ
ψάμμου, τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον
τᾶς εἰρημένας σφαίρας.

Ὑποκειμένων τῶν δε. Πρῶτον μὲν,
δείκνυμι τᾶς γᾶς εἶμεν ὡς τὰ μυ-
ριάδων σταδίων καὶ μὴ μείζω. Καίτοι
τῶν τοιουτῶν ἀποδεικνύειν, κα-
θὼς καί τοι τοιγαροῦν εἶς, ἐστὶν
αὐτὰν ὡς λ μυριάδων σταδίων· ἐγὼ
δ' ὑπερβαλλόμενος, καθεὶς τὸ μέ-
γεθος τᾶς γᾶς ὡς δεκαπλάσιον τοῦ

ὑπὸ

ὑπὸ τῶν προτέρων δεδοξασμένου, τὴν διάμετρον αὐτῆς ὑποτίθεμαι εἶναι ὡς τ̄ μυριάδων σταδίων καὶ μὴ μείζω.

Μετὰ δὲ τοῦτο, τὴν διάμετρον τῆς γῆς μείζονα εἶναι τῆς διαμέτρου τῆς σελήνης· καὶ τὴν διάμετρον τοῦ ἡλίου μείζονα εἶναι τῆς διαμέτρου τῆς γῆς· ὁμοίως τοῖς αὐτοῖς λαμβάνων οἷς πλείστοις τῶν προτέρων ἀστρολόγων.

Μετὰ δὲ ταῦτα· τὴν διάμετρον τοῦ ἡλίου τῆς διαμέτρου τῆς σελήνης ὡς τριακονταπλασίαν εἶναι καὶ μὴ μείζονα. Καὶ οἱ τῶν προτέρων ἀστρολόγων· Εὐδόξου μὲν ὡς ἐννεαπλάσιον ἀποφαινομένου· Φειδίας δὲ τοῦ Ἀκεστορίδου, ὡς δωδεκαπλασίαν. Ἀριστάρχου δὲ πεπραγμένου δεικνύειν, ὅτι ὀκτὶν ἡ διάμετρος ἡλίου τῆς διαμέτρου τῆς σελήνης, μείζων μὲν ἢ ὀκτωκαιδεκαπλασίων, ἐλάττων δὲ ἢ εἰκοσαπλασίων· Ἐγὼ δὲ, ὑποβαλλόμενος καὶ τοῦτον, ὅπως τὸ ὑποκείμενον ἀναμφίλογον ἢ δεδειγμένον, ὑποτίθεμαι τὴν διάμετρον τοῦ ἡλίου τῆς

Δια-

tu quasi decuplo majori quam qui à prioribus illis existimaretur, pono illius perimetrum esse quasi ter centum myriadum stadiorum, *saltem* non majorem.

Deinde; Telluris diametrum majorem esse diametro Lunæ; & Diametrum Solis majorem esse Telluris diametro. Hæc utique præsumens juxta cum plerisque priorum Astrologorum.

Porro, Solis diametrum quasi Trigecuplam esse diametri Lunæ, *saltem* non majorem. Quippe cum priores Astrologi; puta Eudoxus, quasi noncuplam affirmaverit; Phidias Acupatris, quasi duodecuplam; atque Aristarchus demonstratum eat, Solis diametrum diametri Lunæ esse plusquam octodecuplam sed minus quam vigecuplam: ego & hunc supergressus, quo propositum sit sine controversia demonstratum, pono Solis diametrum diametri Lu-

næ quasi Trigecuplam, *saltem* non majorem.

Præterea; diametrum Solis, majorem esse quam latus Chiliagoni circulo, eorum quæ in mundo sunt, maximo inscripti. Quod quidem pono; affirmante Aristarcho, apparere Solem quasi circuli Signorum (*Zodiaci dicti*) partem vicesimam & septingentesimam.

Ipse autem, ad hunc modum explorando, conatus sum per instrumenta angulum observando capere, cui Sol congruit verticem ad oculum habenti. Quem quidem omnino accurate observare non in promtu est; eo quod neq; oculus, neq; manus, neq; instrumenta quibus capiendus est, sat fida sint ad accurate observandum. Verum de his impræsentiarum non tempestivum est prolixum esse: cum & aliàs & sæpe fuerint observata. Mihi autem ad propositi demonstrationem sufficit, angu-

lum

διαμέτρυ τᾶς σελιδίας, ὡς τετρακυνταπλασίαν εἶμεν καὶ μὴ μείζονα.

Ποτὶ δ' τύτοις πρὸ διάμετρον τᾶς ἁλίυ μείζονα εἶμεν τᾶς τᾶς χιλιαγώνυ πλευρᾶς, τᾶς εἰς τ' μέγιστον κύκλον ἐγγραφομένυ τῶν ἐν τοῦ κόσμυ. Τᾶτο δ' ὑποτίθεμαι Ἀρεσάρχυ μὲν εἰρηκότος, τᾶς κύκλυ τῶν ζωδίων τ' ἅλιον φαινόμενον ὡς τὸ εἰκοσόν καὶ ἑπτακοσιοστόν.

Αὐτὸς δὲ ὑποτεθέμενος, τόνδε τ' τόπον ἐπιφεράθιν, ὀργανικῶς λαβεῖν πρὶ γωνίας, εἰς ἃν ὁ ἅλιος ἐναρμόζει, τὰν κορυφὰν ἔχυσαν ποτὶ τᾶ ὄψει. Τὸ μὲν ὅμοιον ἀκριβεῖ λαβεῖν, τὸν δ' χερὲς ὄντι· διὰ τό, μήτε τὰν ὄψιν, μήτε τὰς χεῖρας, μήτε τὰ ὄργανα δι' ὧν λαβεῖν, ἀξιοπίστας εἶμεν τὸ ἀκριβὲς ἀποφαίνεσθαι. Περὶ δ' τύτων, ὅτι τᾶ παρόντος, τὸν δ' χαιρὸν μηκύνειν, ἄλλως τε καὶ πλεονάκις τοιύτων ἐμπεφανισμένων. Ἀπόχρη δὲ μοι, ἐς τὰν ἀπόδειξιν τᾶ προκειμένυ,

γω-

γωνίαν λαβεῖν, ἅ τις ὀξὺ μὴ μείζων τᾶς γωνίας ἐς ἃν ὁ ἅλιος ἐναρμόζῃ τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾶ ὄψει. καὶ πάλιν ἄλλαν γωνίαν λαβεῖν ἅ τις ὀξὺν οὐκ ἐλάττων τᾶς γωνίας ἐς ἃν ὁ ἅλιος ἐναρμόζῃ τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾶ ὄψει.

Τεθέντος ἐν μακρῷ κανόνος ὀρθὰ πέδον ὀρθὸν ἐν τόπῳ κείμενον ὅθεν ἤμελλεν ἀνατελεῖν ὁ ἅλιος ὀρεῦσθαι, καὶ κυλίνδρου μικροῦ κρυσθέντος, καὶ πεθέντος ὀρθὰ τὸν κανόνα ὀρθῶς, διὰ τέως μὴ τὰν ἀνατολὰν τοῦ ἁλίου. Ἔπειτ', ἐάντος αὐτοῦ ποτὶ τῷ ὀρίζοντι, καὶ διωαμένου ἀντιβλέπεσθαι· ἐπεὶ εὑρέθη ὁ κανὼν ἐς τὸ ἅλιον, καὶ ἁ ὄψις κατεσάθη ὀρθὰ τὸ ἄκρον τοῦ κανόνος· ὁ δὲ κύλινδρος, ἐν μέσῳ κείμενος τοῦ τε ἁλίου καὶ τᾶς ὄψιος, ἐπεστώτα τῷ ἁλίῳ. Ἀποχωριζομένου τοῦ κυλίνδρου ἀπὸ τᾶς ὄψιος· ἐν ᾧ ἄρξαν φαίνεσθαι τοῦ ἁλίου μικρὸν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ κυλίνδρου, κατεσάθη ὁ κύλινδρος.

lum capere, qui non ſit major angulocui Sol congruit verticem ad oculum habenti; iterumque capere angulum alium, qui non ſit minor angulo cui Sol congruit verticem ad oculum habenti.

Poſita autem ſuper erectum fulcrum longa regula, eo loci ſitum unde Sol oriri conſpiciendus erat; parvoque cylindro ad tornum facto, & ſuper regulam normaliter erecto (*non ſuper regulam jacente quod cenſuit Rivaltus*) ſtatim poſt Solis ortum: Tum exiſtente prope Horizontem Sole, ita ut ex adverſo conſpici poſſet; Regula ad Solem converſa eſt, oculuſque ad extremum regulæ conſtitutus; Cylindrus autem intermedio loco inter ſolem & oculum poſitus, ut occultaret ſolem. Cylindro dein ab oculo longius amoto; cum primum cœperit Solis tantillum ab utraque cylindri parte conſpici poſſe, cylindrus ſiſtebatur.

Et

Et quidem, ſi ita foret, ut oculus ab uno puncto conſpiceret: ductis rectis ab extremo regulæ, quo loco oculus conſtitutus fuerat; qui ductis rectis contineretur angulus, minor foret angulo cui Sol congruit verticem in oculo habenti; eo quod Solis aliquid ex utraque cylindri parte conſpectum fuerit.

Quoniam vero oculi non ab uno puncto conſpiciunt, ſed à quadam magnitudine: ſumta eſt magnitudo quædam rotunda, oculi conſpectu non minor. Poſitâque hac magnitudine in extremo Regulæ, (*non quidem dum inſtituitur obſervatio quod ſenſiſſe videtur Commandinus; ſed poſtea, quum ducendæ ſunt rectæ quibus angulus æſtimetur,*) quo loco oculus conſtitutus erat; ductiſque rectis quæ & magnitudinem hanc & cylindrum contingerent: rectis ſic ductis contentus angulus, factus eſt non major eo

an-

Εἰ μὴ ὁμοίως συμέβαινεν τὰν ὄψιν ἀφ' ἑνὸς σαμείου βλέπειν· διαῖαν ἀχθεισᾶν ἀπ' ἄκρου τοῦ κανόνος, ὃν ὧ τόπω ἁ ὄψις καταράπτει, ὑπερφαυσᾶν τοῦ κυλίνδρου· ἁ περιεχομένα γωνία ὑπὸ τᾶν ἀχθεισᾶν, ἐλάσσων κα εἴη τᾶς γωνίας ἐς ἃν ὁ ἅλιος ἐναρμόζει τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾶ ὄψει· διὰ τὸ περιβλέπεσθαί τι τοῦ ἁλίου ἐφ' ἑκάτερα τοῦ κυλίνδρου.

Επεὶ δ' αἱ ὄψιες οὐκ ἀφ' ἑνὸς σαμείου βλέποντι, ἀλλ' ἀπὸ παντὸς μεγάθεος· ἐλαφθείη τὶ μέγαθος σφαίρας, οὐκ ἔλαττον ὄψιος· καὶ τεθέντος τοῦ μεγάθεος ὅτι ὃ ἄκρον τοῦ κανόνος ἐν ὧ τόπω ἁ ὄψις καταράπτει, ἀχθείσᾶν εὐθειᾶν ὑπερφαυσᾶν τοῦ μεγάθεος καὶ τοῦ κυλίνδρου· ἁ περιεχομένα γωνία ὑπὸ τᾶν ἀχθείσᾶν, ἐλάττων ἢ τᾶς γωνίας ἐς

ἂν ὁ ἅλιος ἐναρμόζῃ τὸν κορυφὴν
ἐχούσης πρὸς τοῖς ὄψεσι.
Τὸ ᾧ μέγεθος ὃ σὺν ἔλαττον ὄ-
ψιος, τόνδε τὸν τρόπον διέλισσεται.
Δυὸ κυλίνδρια ἀναλαμβάνεται λεπτὰ ἰσοπαχέα ἀλλάλων· ὃ μὲν κλινὲν, ὃ δὲ ὀξύ. Καὶ τρυπίζεται πρὸς τοῖς ὄψιος· ὃ μὲν κλινὲν, ἀφεσταικὸς ἀπ' αὐτοῦς· ὃ δὲ ὀξὺ κλινὲν, ὡς ἔστιν ἐξηλωμένον τοῖς ὄψιος, ὥστε καὶ διήκειν τοῦ τρυπήματος. Εἰ μὲν οὖν, τὰ λαφθέντα κυλίνδρια, λεπτότερα ἐόντα τοῖς ὄψιος· τρυμλαμβάνεται ὑπὸ τοῖς ὄψιος ὃ ἐξὺς κυλίνδριον, καὶ ὁρᾶται ὑπὸ αὐτοῦς ὃ κλινὲν· εἰ μὲν καὶ πολὺ λεπτότερα ἐόντα, πᾶν· εἰ δὲ καὶ μὴ πολὺ, μέρεα τινὰ τοῦ κλινοῦ ὁρῶνται ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ἐξὺς τοῖς ὄψιος. Λαφθέντων δὲ τῶνδε τῶν κυλινδρίων ὅπτα δεῖ ὃ τρόπον τῷ κυλινδρίῳ ὅπως τῷ πάχει ὅτι σκοπεῖν ὃ ἕτερον αὐτῶν τῷ ἑτέρῳ, καὶ ὑ πλείονι τόπῳ· ὃ δὴ ταλικοῦτον μέγεθος, ἁλίκον ἐστὶ ὃ πάχος τῶν κυλινδρίων

angulo cui Sol congruat verticem in oculo habenti.

Magnitudo autem quæ oculi acie minor non ſit, ad hunc modum inventa eſt. Sumti ſunt cylindruli duo tenues, atque invicem æquè craſſi; quorum alter albus eſſet, alter non eſſet: atque præ oculo conſtituti ambo; albus quidem ab oculo remotius, & qui non albus quam proximè ad oculum, ita ut ipſam faciem contingeret. Si itaque tenuiores ſint cylindruli quam oculi acies; intercipitur ab oculi acie cylindrulus propior, atque albus alter ab ipsâ conſpicitur; & quidem, ſi multo tenuiores ſint, totus; ſi non ſint multo tenuiores, ſaltem partes aliquæ albi cylindruli conſpiciuntur, ex propioris ad oculũ utraque parte. Sumtis autem hujuſmodi cylindrulis idoneis, ita ut craſſitie ſuâ alter alterum occultet, nec tamen locum ampliorem, magnitudo tanta quanta eſt cylindrulorum qui hoc præſtant craſſities,

craſſities, ſaltem non minor eſt quàm acies oculi.

Angulus autem qui non minor eſſet angulo cui Sol congruit verticem habenti in oculo, ſic captus eſt. Cylindro ſuper Regulam ab oculo ſic amoto, ut totum ſolem occultet cylindrus; ductiſque rectis ab extremo regulæ, quo loco conſtituebatur oculus, cylindrum contingentibus: rectis ſic ductis contentus angulus, factus eſt non minor angulo cui Sol congruat verticem in oculo habenti.

Angulis demum ita captis ad anguli recti menſuram accommodatis; deprehenſus eſt *major* ille qui in Regulæ crenâ erat, minor quam, recti in partes centum ſexaginta quatuor diviſi, pars una: minor autem angulus, major quam recti in ducentas partes diviſi pars una. Manifeſtum ergo eſt, angulum cui Sol congruat habenti verticem in oculo, minorem

210 λινδρίων τῷ τοῦτο ποιούντων, μάλιστα πῶς ἐστὶν ἐν ἐλάττων τοῦ ὄψεος.

Ἁ δὲ γωνία, ἐν ἐλάττων τοῦ γωνίας ἐς ἃν ὁ ἥλιος ἐναρμόζει τὰν κεφαλὰν ἔχουσαν ποτὶ τοῦ ὄψει, ὅτως

215 ἐλάφθη. Αποσαθέντος, ὅτι ὁ κανόνιον, τοῦ κυλίνδρου ἀπὸ τοῦς ὄψιος ὅτως, ὡς ὁ ὁτιοῦν τὸ κύλινδρον ὅλον ἥλιον· καὶ ἀχθεῖσαν ἀπ' ἄκρου τοῦ κυρίου, ἐν ᾧ τόπῳ ἡ ὄψις κατεάθη, ὁτιφαυεῖσαν τοῦ κυλίνδρου·

220 ἡ ἐκκειμένα γωνία ὑπὸ τᾶς ἀχθεισᾶν εὐθείᾶν, ἐν ἐλάττων γίνεται τοῦς γωνίας ἐς ἃν ὁ ἥλιος ἐναρμόζει τὰν κεφαλὰν ἔχουσαν ποτὶ τοῦ ὄψει.

225 Τᾶς δὲ γωνίας, τᾶς ὅτως λαφθείσας, καταμετρηθείσας ὀρθᾶς γωνίας· ἐγένετο ἡ ἐν σίγα, διαρεθείσας τᾶς ὀρθᾶς εἰς ρξδ, ἐλάττων ἢ ἓν μέρος τούτων· ἡ δὲ ἐλάττων, διαιρεθείσας τᾶς ὀρθᾶς εἰς σ,

230 μείζων ἢ ἓν μέρος τούτων. Δῆλον οὖν, ὅτι ἡ γωνία, ἐς ἃν ὁ ἥλιος ἐναρμόζει τὰν κεφαλὰν ἔχουσαν ποτὶ τοῦ ὄψει, ἐλάττων μᾶς

ὄξὶν ἡ ἀφαιρεθείσας τᾶς ὀρθᾶς εἰς ρξδ
τούτων ἓν μέρος· μείζων ἄρ ἡ ἀφαι- 235
ρεθείσας τᾶς ὀρθᾶς εἰς σ τούτων ἓν
μέρος.

Πεπιςδιμλύων ἄρ τούτων· δείκνυται
ἀφάμενος τοῦ ἁλίου μείζων ἔοῦσα πᾶς
τοῦ χιλιαγώνου πλευρᾶς, τοῦ εἰς ϡ μέ- 240
γιςον κύκλον ἐγγραφομλύου τῆλ ὂν τῷ
κόσμῳ.

Νοείσθω γὰρ ὀπίπεδον ὀκτεκλημλύον,
ἀφ' ἑκάτερα τοῦ κέντρου τᾶς γᾶς, καὶ τοῦ ἁλίου,
καὶ ἀφ' τᾶς ὄψιος· μικρὸν ὑπὲρ ϡ 245
ὁρίζον ἐόντος τοῦ ἁλίου. Τεμνέτω
ἄρ ὁ ὀκτεκλήλὲν ὀπίπεδον, ϡ μλὶ
κόσμον κατ' ἀ βγ κύκλον, ἓν ἄρ γᾶλ
κατ' ϡ δεζ, ϡ ἄρ ἅλιον κατ' ϡ σγ
κύκλον. Κέντρον ἄρ ἔςω τᾶς μλὶ γᾶς 250
ὁ θ, τοῦ δ' ἁλίου ὁ κ, ὄψις ἄρ ἔςω ὁ δ.
Καὶ ἄχθωσαλ εὐθεῖαι ὑπφαύουσαι τοῦ
ση κύκλου· ἀπὸ μλὶ τοῦ δ, αἱ δλ δξ·
ὑπφαυόντων ἄρ κατ' ὁ ν, καὶ ὁ τ· ἀπὸ ἄρ
τοῦ θ, αἱ θμ θο· ὑπφαυόντων ἄρ κατ' ὁ 255
χ καὶ ὁ ρ· ϡ ἄρ αβγ κύκλου περιόν-
των αἱ θμ θο, κατ' ὁ α καὶ ὁ β.

Ἐπὶ

r
-
-
-
n
n
:
-
l-
s;
l-
με
e-
nt
est

norem esse quam est recti in 164 partes divisi pars una; majorem vero quam est pars una recti in partes 200 divisi.

His stabilitis: Demonstratur, Solis diametrum majorem esse quam est chiliagoni latus circulo qui in mundo sit maximo inscripti.

Intelligatur enim planum, per telluris solisque centrum, oculumque, trajectum; Sole supra Horizontem paulum existente. Planumque sic trajectum secet, Mundum quidem in αβγ circulo, Tellurem in δεζ, & Solem in circulo ση: Centrum autem Telluris sit θ, Solis κ; sitque Oculus δ: Rectæque ducantur circulum ση contingentes; nempè à δ, rectæ δλ δξ, quæ tangant in ν & τ; & à ϑ, rectæ ϑμ ϑο, quæ tangant in χ & ρ; ipsæque ϑμ ϑο circulum αβγ secent in α & β.

Eſt autem ϑκ major quam δκ: cum ponatur Sol ſupra Horizontem eſſe; (*adeoque angulus* ϑδκ *obtuſus propter Solis ſemidiametrum majorem quam Telluris:*) Et propterea, qui rectis δλ δξ continetur angulus, major eſt quam qui rectis ϑμ ϑο continetur. Angulus vero ipſis δλ δξ contentus, major quidem eſt quam recti pars ducenteſima, ſed minor quam recti in partes 164 diviſi pars una; (æqualis utique illi cui Sol congruit, verticem in oculo habenti.) Adeoque *multo magis* qui rectis ϑμ ϑο continetur, minor eſt quam recti in partes 164 diviſi pars una, (*ſeu* 4 *rectorum in partes* 656;) & αβ recta, minor eâ quæ ſubtendit partem unam peripheriæ circuli αβγ in partes 656 diviſæ. Polygoni autem inſinuati perimeter, ad circuli αβγ ſemidiametrum, minorem habet rationem quam 44 ad 7; eò quòd omnis Polygoni circulo inſcripti perimeter

Εἰ δὴ μείζων ἁ ΔΗ τᾶς ΔΗ, ἐπεὶ ὑπόκειται ὁ ἅλιος ὑπὲρ τὸ ὁ εἴζονται ἡμῶν· ὥς τε ἁ γωνία ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν ΔΛ ΔΞ μείζων ἐστὶ τᾶς γωνίας τᾶς περιεχομένας ὑπὸ τᾶν ΔΜ ΔΟ· Α δὴ περιεχομένα γωνία ὑπὸ τᾶν ΔΛ ΔΞ, μείζων μέν ἐστὶν ἢ ΔΖ ἡμισυσιοσὸν μέρος ὀρθᾶς, ἐλάττων δὴ ἢ τᾶς ὀρθᾶς ΔΖ αἱρεθείσας εἰς ρξδ τούτων ἓν μέρος· ἵνα γὰρ ἐστὶ τᾶ γωνία ἐς ἃν ὁ ἅλιος ἐναρμόζει τὰν κορυφὰν ἔχουσαν ποτὶ τᾶ ὄψει. Ὡς τε ἁ γωνία ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν ΔΜ ΔΟ, ἐλάττων ἐστὶν ἢ τᾶς ὀρθᾶς ΔΖ αἱρεθείσας εἰς ρξδ τούτων ἓν μέρος· ἁ δὴ αβ εὐθεῖα ἐλάττων ἐστὶ τᾶς ὑποτεινούσας ἐν τμᾶμα ΔΖ αἱρεθείσας τᾶς τοῦ αβγ κύκλου περιφερείας ἐς χνς. Α δὴ τοῦ εἰρημένου πολυγωνίου περίμετρος ποτὶ τὰν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ αβγ κύκλου, ἐλάττονα λόγον ἔχει ἢ τὰ μδ ποτὶ τὰ ζ· ΔΖ δὲ, πάντος πολυγωνίου ἐγγεγραμμένου ἐν κύκλῳ, τὰν περίμετρον ποτὶ

τὶ τὰν ἐκ τοῦ κέντρου, ἐλάττονα λόγον ἔχει, ἢ τὰ μδ ποτὶ τὰ ζ. (Ἐπίστασαι γὰρ δεδειγμένον ὑφ' ἁμῶν, ὅτι πάντος κύκλου ἁ περιφέρεια μείζων ἐστὶν ἢ τριπλασίων τᾶς διαμέτρου ἐλάσσονι ἢ ἑβδόμῳ μέρει. (Ὡς τε ἐλάττων λόγον ἔχει ἁ βα ποτὶ τὰν δκ, ἢ τὰ ια ποτὶ τὰ αρμη· ὡς τε ἐλάττων ἐστὶν ἁ βα ἢ τᾶς δκ ἑκατοστὸν μέρος. Τᾶ δ' βα ἴσα ἐστὶν ἁ διάμετρος τοῦ ση κύκλου· διὸ καὶ ἁ ἡμίσεια αὐτᾶς ἁ φα ἴσα ἐστὶ τᾶ κρ· ἴσον γὰρ ἐστὶν τὸν δκ τᾶ δα, ἀπὸ πάντων κάθετοι ἐπὶ ζυγὰ ἐπὶ τὰν αὐτὰν γωνίαν. Δῆλον οὖν, ὅτι ἁ διάμετρος τοῦ αβη κύκλου, ἐλάττων ἐστὶν ἢ ἑκατοστὸν μέρος τᾶς δκ. Καὶ ἁ εθ διάμετρος ἐλάττων ἐστὶ τᾶς διαμέτρου τοῦ αβη κύκλου· ἐπεὶ ἐλάττων ἐστὶν ὁ δεζ κύκλος τοῦ ση κύκλου. Ἐλάττονες ἄρα εἰσὶ ἁ μφότεραι αἱ θυ κσ, ἢ ἑκατοστὸν μέρος τᾶς θκ. Ὡς τε ἁ δκ ποτὶ τὰν υσ, ἐλάττονα λόγον ἔχει, ἢ τὰ ρ ποτὶ

τὰ

meter ad ſemidiametrum minorem habeat rationem quam 44 ad 7. (Scis enim à nobis demonſtratum eſſe, quòd circuli cujuſvis Peripheria excedit triplum diametri minus quam parte ſeptima:) Adeoque minorem habet rationem $\beta\alpha$ ad $\vartheta\varkappa$ quam 11 ad 1148; (*utpote minor quam* $\frac{1}{656}$ *ipſius* $\frac{44}{7}$:) Minor itaque eſt $\beta\alpha$ recta *multo magis* quam rectæ $\vartheta\varkappa$ pars centeſima. Ipſi autem $\beta\alpha$ æqualis eſt circuli $\sigma\eta$ diameter: (quoniam illius ſemiſſis $\varphi\alpha$, eſt ipſi $\varkappa\rho$ æqualis: quippè quæ ab æqualium $\vartheta\varkappa$ $\vartheta\alpha$ extremis demiſſæ ſunt perpendiculares, eidem angulo oppoſitæ:) Conſtat itaque quòd circuli $\alpha\beta\eta$ diameter minor eſt quam rectæ $\vartheta\varkappa$ pars centeſima. Eſtque diameter $\varepsilon\vartheta\upsilon$, minor quam circuli $\alpha\beta\eta$ diameter; (cum minor ſit $\delta\varepsilon\zeta$ circulus circulo $\sigma\eta$.) Minores itaque ſunt *multo magis* ſimul utraque $\vartheta\upsilon$ $\varkappa\sigma$, quam ipſius $\vartheta\varkappa$ pars centeſima. Adeoque minorem habet

bet rationem ϑκ ad υσ, quam 100 ad 99: *ablatum utique, minus est quam pars centesima.* Cumque ϑκ non minor sit quam ϑρ, (*imo major propter angulum* ϑρκ *rectum*) recta autem συ minor quam δτ; (*quippe brevissimus est inter duos circulos trajectus, qui jacet in rectâ per utriusq; centra:*) minorem itaque *multo magis* rationem habet ϑρ ad δτ, quam 100 ad 99. Cum verò, triangulorum ϑκρ δκτ rectangulorum latera quidem κρ κτ sint æqualia, sed ϑρ δτ inæqualia, & ϑρ eorum majus, *propter* ϑκ *majorem quam* δκ: Angulus ipsis δτ δκ contentus ad angulũ ipsis ϑρ ϑκ contentum, majorem quidem rationem habet, quam ϑκ ad δκ; sed minorem quam ϑρ ad δτ: (Quippe si duorum triangulorum rectangulorum, altera quidem quæ circa angulum rectum latera, sint æqualia; altera verò, inæqualia: angulorum inæqualibus illis lateribus adjacentium major ad minorem, majorem quidem rationem habet quam recta-

rum

τὰ ϟθ. Καὶ, ἐπεὶ ἁ μὴ θκ σὴκ ἐλάττων ἐστὶ τᾶς ϑρ, ἁ ἢ συ ἐλάττων τᾶς δτ· ἐλάττω ἄρα καὶ λόγον ἔχει ἁ ϑρ ποτὶ τὰν δτ, ἢ τὰ ρ ποτὶ τὰ ϟθ. Επεὶ, τᾶς ϑκρ δκτ τριγώνων ὀρθογωνίων ἐόντων, αἱ μὲ κρ κτ πλευραὶ ἴσαι ἐντὶ, αἱ ἢ ϑρ δτ ἄνισοι, καὶ μείζων ἁ ϑρ· ἁ γωνία περιεχομένα ὑπὸ τᾶν δτ δκ, ποτὶ τὰν γωνίαν τὰν περιεχομένα ὑπὸ τᾶν ϑρ ϑκ, μείζονα μὲν ἔχει λόγον ἢ ἁ ϑκ ποτὶ τὰν δκ· ἐλάττω ἢ ἢ ἁ ϑρ ποτὶ τὰν δτ. (Εἰ γὰρ κα δυῶν τριγώνων ὀρθογωνίων αἱ μὲν ἄπειραι πλευραὶ αἱ περὶ τᾶν ὀρθᾶν γωνιᾶν ἴσαι ἐωντι, αἱ ἢ ἄπειραι ἄνισοι· ἁ μείζων γωνία τᾶν ποτὶ τᾶς ἀνίσοις πλευραῖς ποτὶ τὰν ἐλάττονα, μείζονα μὲν ἔχει λόγον, ἢ ἁ μείζων γραμμὰ τᾶν ὑπὸ τᾶν ὀρθᾶν γωνιᾶν ὑποτεινουσᾶν ποτὶ τὰν ἐλάττονα· ἐλάττονα ἢ, ἢ ἁ μείζων γραμμὰ τᾶν περὶ

περὶ τᾶν ὀρθᾶν γωνιᾶν ποτὶ τὰν
ἐλάσσονα.) Ὡς τε ἁ γωνία ἁ πε- 330
ριεχομένα ὑπὸ τᾶν δλ δξ, ποτὶ
τὰν γωνίαν τὰν περιεχομένᾳν ὑπὸ
τᾶν θο θμ, ἐλάττω λόγον ἔχει,
ἢ ἁ θρ ποτὶ τὰν δτ. Ἃ πς ἐ-
λάττω λόγον ἔχει, ἢ τὰ ρ ποτὶ τὰ 335
ϛθ. Ὡς τε ἁ γωνία ἁ περιεχομένα
ὑπὸ τᾶν δλ δξ, ποτὶ τὰν γω-
νίαν τὰν περιεχομένᾳν ὑπὸ τᾶν θμ
θο, ἐλάττω λόγον ἔχει, ἢ τὰ ρ
ποτὶ τὰ ϛθ. Καὶ ἐπεὶ ἐϛὶν ἁ 340
γωνία ἁ περιεχομένα ὑπὸ τᾶν δλ
δξ μείζων ἢ ἁμισυοσιὸν μέρος
ὀρθᾶς· ἐστεῖται ἁ γωνία ἁ περιε-
χομένα ὑπὸ τᾶν θμ θο, μείζων
ἢ τᾶς ὀρθᾶς ἁιρεθείσας ἐς διημύ- 345
ρια τούτων ϛθ μέρεα· ὥς τε μεί-
ζων ἐϛὶν ἢ, ἁιρεθείϛας τᾶς ὀρ-
θᾶς εἰς σ ϡ γ, τούτων ἓν μέρος.
Αρα ἁ βα μείζων ἐϛὶ τᾶς ὑπο-
τεινούϛας ἓν τμᾶμα διηρημένας τᾶς 350
τοῦ αβγ κύκλου περιφερείας ἐς
ωιβ. Τᾶ ἄρ αβ ἴσα ἐντὶ ἁ τοῦ ἁ-

λίου

rum angulo recto ſubtenſarũ major ad minorem; minorem verò quàm rectarum illarum angulo recto adjacentium major ad minorem.) Adeòque angulus contentus rectis δλ δξ ad angulum ipſis ϑο ϑμ contentum: (*ut qui jam dictorum dupli ſunt*) minorem habet rationem quam ϑρ ad δτ: Quæ quidem ipſa minorem habet rationem quàm 100 ad 99. Adeoque (*multo magis*) angulus ipſis δλ δξ contentus ad angulum contentum rectis ϑμ ϑο, minorem rationem habet quàm 100 ad 99. Cumque ſit angulus rectis δλ δξ contentus, major quàm recti pars ducenteſima; quæ rectis ϑμ ϑο continetur, major eſt quàm recti in vicies mille partes diviſi partes 99; (*quippe* $\frac{99}{100}$ *in* $\frac{1}{200}$ *eſt* $\frac{99}{20000}$;) adeoque major *multo adhuc* quàm recti in 203 partes diviſi pars una: (*nam* 99 *ad* 20000 *eſt ut* 1 *ad* 202 $\frac{2}{99}$.) Major itaque eſt βα quàm quæ ſubtendit Peripheriæ circuli αβγ in 812 partes diviſæ partem unam: (*propter*

pter 812 *quadruplum numeri* 203.) Ipsi verò α β æqualis est diameter Solis. Manifestum itaque est, diametrum Solis (*multo adhuc magis*) majorem esse latere Chiliagoni.

Istis positis: demonstrantur & hæc. Nempe diametrum Mundi minorem esse quam decies-millecuplam diametri Telluris: Item, diametrum Mundi minorem esse quàm centum myriadas myriadum stadiorum.

Quoniam enim positum est, Diametrum Solis non majorem est quàm trigecuplam diametri Lunæ; atque Telluris diametrum majorem esse diametro Lunæ: manifestum (*adhuc magis*) est, Diametrum Solis minorem esse quam trigecuplam diametri Telluris. Porro, cum demonstratum sit, diametrum Solis majorem esse quàm Chiliagoni latus circulo mundi maximo inscripti; manifestum est, Chiliagoni dicti perimetrum minorem esse quàm millecuplam diametri Solis. Ipsa autem Solis diametrus minor est

quam

λίου διάμετρος πᾶς τοῦ χιλιαγώνου πλευρᾶς.

355 Τούτων δ' ὑποκειμένων· δείκνυται καὶ τάδε. Οἷον, ἡ διάμετρος τοῦ κόσμου τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς ἐλάττων ἐστὶν ἢ μυριοπλασίων. Καὶ ἔτι, ἡ διάμετρος τοῦ κόσμου ἐλάττων ἐστὶν ἢ

360 σταδίων μυριάκις μυριάδες ρ.

Επεὶ γὰρ ὑπόκειται τὰν διάμετρον τοῦ ἁλίου μὴ μείζω εἶμεν ἢ τετρακισχιλιαπλασίονα τᾶς διαμέτρου τᾶς σελλίνας, τοῦ δ' διάμετρον τᾶς γᾶς

365 μείζω εἶμεν τᾶς διαμέτρου τᾶς σελλίνας· δῆλον ὡς ἡ διάμετρος τοῦ ἁλίου ἐλάττων ἐστὶν ἢ τετρακισχιλιαπλασίων τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς. Πάλιν δ', ἐπεὶ ἐδείχθη ἡ διάμετρος τοῦ ἁλίου

370 μείζων ἐοῦσα τᾶς τοῦ χιλιαγώνου πλευρᾶς τοῦ εἰς ⊗ μέγιστον κύκλον ἐγγραφομένου τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ· φανερὸν ὅτι ἡ τοῦ χιλιαγώνου σφαίρας τοῦ εἰρημένου, ἐλάττων ἐστὶν ἢ χιλιοπλασίων τᾶς

375 διαμέτρου τοῦ ἁλίου· ἡ δὲ διάμετρος τοῦ ἁλίου ἐλάττων ἐστὶν ἢ τετρακισχιλιαπλα-

σίων τῆς διαμέτρου τῆς γῆς· ὥστε ἡ περίμετρος τοῦ χιλιαγώνου ἐλάττων ἐστὶν ἢ τεσσαρακοσιοπλασίων τῆς διαμέτρου τῆς γῆς. 380

Επεὶ οὖν ἡ περίμετρος τοῦ χιλιαγώνου, τῆς μὴν διαμέτρου τῆς γῆς ἐλάττων ἐστὶν ἢ τεσσαρακοσιοπλασίων, τῆς δὲ διαμέτρου τοῦ κόσμου μείζων ἢ τετραπλασίων· (δέδεικται γὰρ τοι, ὅτι παντὸς κύκλου ἡ διάμετρος ἐλάττων ἐστὶν ἢ τέταρτον μέρος πάντος πολυγωνίου περιμέτρου, ὅ κα, ἰσόπλευρον ἐὸν καὶ πολυγωνιώτερον τοῦ ἑξαγώνου, ἐγγεγραμμένον εἰς τὸν κύκλον εἴη·) καὶ ἡ διάμετρος τοῦ κόσμου ἐλάττων ἢ μυριοπλασίων τῆς διαμέτρου τῆς γῆς. 385 390

Α εἰς οὖν διάμετρος τοῦ κόσμου, ἐλάττων ἐοῦσα ἢ μυριοπλασίων τῆς διαμέτρου τῆς γῆς, ἐλάττων ἐστὶν ἢ σταδίων μυριάκις μυριάδες ρ, ὃ κ τούτου δῆλον. Επεὶ γὰρ ὑπόκειται, τὸν περίμετρον τῆς γῆς μὴ μείζονα εἶμεν ἢ τετρακοσίας μυριάδας σταδίων· ἡ δὲ περίμετρος τῆς γῆς μείζων ἐστὶν ἢ τε- 395 400

πλασία

quam trigecupla diametri Telluris: ergo Chiliagoni perimeter minor eſt quam tricies-millecupla diametri Telluris.

Cum itaque Perimeter Chiliagoni minor ſit quam tricies-millecupla diametri Telluris; diametri verò Mundi, major quàm tripla: (demonſtratum utique eſt; eo quod cujuſvis circuli diameter minor eſt quàm pars tertia Perimetri cujusvis Polygoni, quod, æquilaterum pluriumque quam Hexagonum angulorum exiſtens, circulo inſcriptum ſit.) Mundi itaque diameter minor eſt quam decies-millecupla diametri Telluris.

Cum igitur Mundi diameter minor ſit quam decies-millecupla diametri Telluris: minorem eſſe quam centum myriadum myriadas ſtadiorum, hinc patet. Cum enim ponamus, perimetrum Telluris non majorem eſſe quàm tercentum myriadum ſtadiorum (*ſeu* 300, 0000;) ſitque Telluris perimeter major

quam tripla diametri, (propterea quod circuli cujusvis perimeter major sit quam diametri tripla;) manifestum est, Telluris diametrum minorem esse quàm centum myriadum (*seu* 100, 0000,) stadiorum. Cum itaque Mundi diameter minor sit quam decies-millecupla diametri Telluris: Manifestum est, mundi diametrum, minorem esse quàm (100, 0000, *per* 10000; *seu* 100, 0000, 0000, *hoc est*,) centum myriadum myriadas stadiorum.

De Magnitudinibus utique & Distantiis, quæ pono, ista sunt. De Arena verò, hæc.

Si ex Arena componatur magnitudo aliqua, quæ major non sit quam semen Papaveris: illius numerum myriade (*seu decem millibus*) majorem non esse. Et, Seminis Papaveris diametrum non esse digiti parte quadragesimâ minorem. Hoc autem pono, re ad hunc modum prius exploratâ. Super planâ regulâ semina papaveris in directum constitue-

πλασία τοῦ διαμέτρου· (διὰ δὲ
τοῦτο τὸν κύκλον τὸν περιφέρειαν μεί-
ζονα εἶναι ἢ τετραπλασίονα τοῦ δια-
μέτρου·) δῆλον, ὅτι διάμετρος τοῦ
γῆς ἐλάττων ἐστὶν ἢ σταδίων ρ μυ-
ριάδων. Επεὶ οὖν ὁ τοῦ κόσμου
διάμετρος ἐλάττων ἐστὶν ἢ μυ-
ριοπλασίων τοῦ διαμέτρου τοῦ γῆς·
δῆλον ὡς ὁ τοῦ κόσμου διάμετρος
ἐλάττων ἐστὶν ἢ σταδίων μυριάκις μυ-
ριάδες ρ.

Περὶ μεγεθέων καὶ τῶν ἀποσημάτων
ταῦτα ὑποτίθεμαι. Περὶ ὃ τοῦ ψάμ-
μου, τάδε.

Εἴκα ἢ τὶ συγκείμενον μέγεθος ἐκ
τοῦ ψάμμου, μὴ μεῖζον μάκωνος· ⊕
ἀριθμὸν αὐτοῦ μὴ μείζονα εἶναι μυ-
ρίων. Καὶ, τὸν διάμετρον τοῦ μά-
κωνος μὴ ἐλάττονα εἶναι ἢ πενη-
κοσιοστὸν δακτύλου. Υποτίθεμαι
ὃ τοῦτο, ὅτι σκεψάμενος τόνδε ⊕
τρόπον. Ἔτεθεν ὅτι κόσμον λέγου
μάκωνες ἐπιδείας, ὅτι μίαν κεί-
μενοι

μῆναι, ἀπόμῆναι ἀλλάλων· καὶ ἀνέλαβον αἱ κε [ἴσως, λε] μάκωνες πλέονα τόπον δακτυλιαίου μάκε. Ἐλάττονα τιθεὶς τὴν διάμετρον τᾶς μάκωνος, ὑποτίθεμαι ὡς τετρακοσιόμετρον εἶμῆν δακτύλου καὶ μὴ ἐλάττονα· βουλόμῆν καὶ διὰ τούτων ἀναμφιλογώταλον δείκνυσθαι ὃ προκείμῆνον. Α μῆν οὖν ὑποτίθεμαι ταῦτα.

Χρήσιμον δ' εἶμῆν ὑπολαμβάνω τὰν κατονόμαξιν τᾶς ἀριθμᾶς ῥηθῆμῆν· ὅπως καὶ τᾶς ἄλλων οἱ τῷ βιβλίῳ μὴ προσδεόμενοι τῷ ποτὶ Ζεύξιππον γεγραμμῆνῳ, μὴ πλανῶνται, διὰ δ' μηδὲν εἶμῆν ὑπὲρ αὐτᾶς ὢν τῷδε τῷ βιβλίῳ προειρημῆνον.

Συμβαίνει δὴ τὰ ὀνόματα τᾶς ἀριθμᾶς ἐς δ' μῆν τᾶς μυριάων ὑπάρχειν ἁμῖν παραδεδομῆνα· καὶ ὑπὲρ τᾶ μυριάων μῆν ἀπαιτεόντων ἐπιγνώσκομῆν, μυριάδων ἀριθμὸν λέγοντες, ἐς τὰς μυριάς μυριάδας.

Εἰ οὖν ἁμῖν, οἱ μῆν νῦν εἰρημῆνοι ἀριθμοὶ ἐς τὰς μυριάς μυριάδας,

Πρῶτοι

ſtituebantur ſingulatim, invicem contigua: & Papaveris ſemina 25 [*forte*, 35,] ſpatium occupabant longitudinis pluſquam digitalis. Ego autem, ſumtâ diametro adhuc minore, pono ſeminis Papaveris diametrum, quaſi quadrageſimam digiti partem, *ſaltem* non minorem. Volens ut hinc propoſitum omni procul dubio demonſtratum ſit. Et quidem quæ pono, iſta ſunt.

Utile autem hic exiſtimo, Numerorum Nomenclaturam exponere: ne oberrent alii, qui librum ad Zeuxippum ſcriptum non conſuluerint; ſi nihil ea de re in hoc libro præfatus fuerim.

Habemus utique numerorum Nomina, ad Myriadem uſque, traditione recepta: & quidem ultra Myriadem, ſufficienter nota, recenſito myriadum numero, uſque ad myriadum myriadem.

Nobis autem ſic eſto. Numeri jam dicti, ad myriadum myriadem

uſque, dicantur Primi. Numerorum autem primorum myrias myriadum, Unitas dicatur numerorum Secundorum: atque numerentur numerorum ſecundorum Unitates, & harum unitatum Decades, & Centuriæ, & Millia, & Myriades; uſque ad Myriadum Myriadem. Iterumque, myrias myriadum ſecundorum numerorum, Unitas dicatur Tertiorum numerorum: atque numerentur tertiorum numerorum Unitates, & unitatum Decades, & Centuriæ, & Millia, & Myriades, uſque ad Myriadum Myriadem. Atque ad eundem modum, numerorum tertiorum myriadum myrias, Unitas dicatur Quartorum numerorum: & numerorum quartorum myriadum myrias, Unitas dicatur Quintorum numerorum. Atque ſic ſemper procedentes numeri nomina ſortiantur, uſque ad, Myrio-myreſimorum numerorum, Myriadem Myriadum. Et quidem ſuppetunt ex tanta numero-

Πρῶτοι καλέσθωσαν. Τῶν δὲ πρώτων ἀριθμῶν αἱ μύριαι μυριάδες, μονὰς καλείσθω Δευτέρων ἀριθμῶν· καὶ ἀριθμείσθωσαν δευτέρων ἀριθμῶν μονάδες, καὶ ἀπὸ τοῦ μονάδων δεκάδες, καὶ ἑκατοντάδες, καὶ χιλιάδες, καὶ μυριάδες, ἐς τὰς μυρίας μυριάδας. Πάλιν ὁ καὶ αἱ μύριαι μυριάδες τῶν δευτέρων ἀριθμῶν, μονὰς καλείσθω Τρίτων ἀριθμῶν· καὶ ἀριθμείσθωσαν τρίτων ἀριθμῶν, μονάδες, καὶ αἱ ἀπὸ τοῦ μονάδων δεκάδες, καὶ ἑκατοντάδες, καὶ χιλιάδες, καὶ μυριάδες, ἐς τὰς μυρίας μυριάδας. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν τρίτων ἀριθμῶν μύριαι μυριάδες, μονὰς καλείσθω Τετάρτων ἀριθμῶν· καὶ αἱ τῶν τετάρτων ἀριθμῶν μύριαι μυριάδες, μονὰς καλείσθω Πέμπτων ἀριθμῶν. Καὶ ἀεὶ οὕτως προάγοντες οἱ ἀριθμοὶ τὰ ὀνόματα ἔχοντων, ἐς τὰς μυριακισμυριοστῶν ἀριθμῶν μυρίας μυριάδας. Αποχρέωντι μὴν

οὖν καὶ ἀπὸ τοσούτων οἱ ἀριθμοὶ γινωσκόμενοι.

Εξεστι δὲ καὶ ὅσοι πλέον παράγειν. Εστω γὰρ οἱ νῦν εἰρημένοι Αριθμοὶ, Πρώτας Περιόδου, καλούμενοι· ὁ ἕκατον ἀριθμὸς τῶν πρώτας περιόδου, μονὰς καλείσθω, Δευτέρας περιόδου, πρώτων ἀριθμῶν. Πάλιν καὶ αἱ μύριαι μυριάδες τῶν δευτέρας περιόδου Πρώτων ἀριθμῶν, μονὰς καλείσθω, τῶν δευτέρας περιόδου, Δευτέρων ἀριθμῶν. Ομοίως καὶ τούτων ὁ ἕκατον, μονὰς καλείσθω, δευτέρας περιόδου, Τρίτων ἀριθμῶν· Καὶ ἀεὶ ὅσοι οἱ ἀριθμοὶ παράγοντες, τὰ ὀνόματα ἔχόντων, τῶν δευτέρας περιόδου, ἐς τῶν μυριακισμυριοστῶν ἀριθμῶν μυρίας μυριάδας. Πάλιν καὶ ὁ ἕκατον ἀριθμὸς τῶν δευτέρας περιόδου, μονὰς καλείσθω, Τρίτας περιόδου, πρώτων ἀριθμῶν· καὶ ἀεὶ ὅσοι παραγόντων· ἐς τὰς, μυριακισμυριοστῶν περιόδου, μυριακισμυριοστῶν ἀριθμῶν μυρίας μυριάδας.

Τούτων

merorum multitudine, quot nobis ſufficiant numeri noti.

Verùm licet etiam ulteriùs procedere. Nempe hactenus dicti, numeri dicantur Periodi Primæ: atque numerus ultimus periodi primæ, Unitas dicatur Primorum numerorum Secundæ Periodi. Iterumque, myrias myriadum primorum numerorum ſecundæ periodi, Unitas dicatur Secundorum numerorum ſecundæ periodi. Et ſimiliter horum ultimus, Unitas dicatur numerorum (ſecundæ periodi) Tertiorum. Atque ſic ſemper procedentes numeri Nomina ſortiantur, uſque ad, ſecundæ periodi, numerorum myrio-myreſimorum myriadem myriadum. Iterumque ultimus numerus periodi ſecundæ, Unitas dicatur numerorum primorum Tertiæ periodi. Atque ſic ſemper procedunto; uſque ad, Myriadem myriadum, Numerorum myrio-myreſimorum, Periodi myrio-myreſimæ.

His

His ita denominatis: Si ſint numeri ab Unitate proportionales continuè poſiti, & proximus ab Unitate ſit Decas: Octo eorum primores, cum unitate, ſunt ex iis quos dicimus Primos numeros: Quique hos ſequuntur alii octo, ſunt ex iis quos Secundos dicimus: Cæterique, ad eundem cum illis modum, erunt ex iis numeris, qui dicantur cognomines diſtantiæ, ſuæ octadis numerorum, à primâ numerorum octade. Adeoque primæ quidem numerorum octadis octavus numerus, eſt, mille myriades. Secundæ autem octadis primus, utpote proximè antecedentis decuplus, erit, myrias myriadum; eſtque hic, Unitas Secundorum numerorum: Secundæ autem octadis numerus octavus, eſt, mille myriades ſecundorum numerorum. Iterumque, primus octadis tertiæ, utpote præcedentis decuplus, erit, myrias myriadum ſecundorum numerorum: idemque eſt, Unitas numero-

Τούτων δ' ὅτως καλωνομασμένων· Εἶνα ἑωντι ἀριθμοὶ ἀπὸ μονάδος ἀνὰ λόγον ἑξῆς κείμενοι, ὁ δὲ πρῶτος τὰν μονάδα δεκάς εἴη· οἱ ὀκτὼ αὐτῶν οἱ πρῶτοι σὺν τᾶ μονάδι, τῶν Πρώτων ἀριθμῶν καλουμένων ἐστοιῶται· οἱ δ' μετ' αὐτοὺς ἄλλοι ὀκτὼ, τῶν Δευτέρων καλουμένων· καὶ οἱ ἄλλοι, ὡς αὐτὸν τρόπον τύχοις, τῶν συνονύμων καλουμένων ἐστοιῶται ἀποφάσει τᾶς ὀκτάδος τῶν ἀριθμῶν, ἀπὸ τᾶς πρώτας ὀκτάδος τῶν ἀριθμῶν. Ο μὲν οὖν πρώτας ὀκτάδος τῶν ἀριθμῶν ὅλος ἐστὶν ἀριθμὸς, χίλιαι μυριάδες. Τᾶς δ' δευτέρας ὀκτάδος ὁ πρῶτος, ἐπεὶ δεκαπλασίων ἐστὶ τοῦ περὶ αὐτοῦ, μύριαι μυριάδες ἐστεῖται· οὗτος δὲ ἐστὶ μονὰς τῶν δευτέρων ἀριθμῶν· οὗτος δὲ ἐστὶ μονὰς τῶν δευτέρων ἀριθμῶν. Πάλιν δὲ, καὶ τᾶς τρίτας ὀκτάδος ὁ πρῶτος, ἐπεὶ δεκαπλασίων ἐστὶ τοῦ περὶ αὐτοῦ, μύριαι μυριάδες ἐστεῖται τῶν δευτέρων ἀριθμῶν· οὗτος δὲ ἐστὶ μονὰς

νὰς τῶν τρίτων ἀριθμῶν. Φανερὸν δὲ ὅτι πολλαὶ ὀκτάδες ἐξοιῶτι, ὡς ἐρῆται.

Χρησιμὸν δὲ ἐστὶ καὶ τόδε γινωσκόμενον. Εἴκα, ἀριθμοῦ ἀπὸ τοῦ μονάδος ἀναλόγον ἐόντων, πολλαπλασιάζοντες τινὲς ἀλλάλους τε καὶ τοῦς αὐτοῦς ἀναλογίας· ὁ γινόμενος, ἐνεῖται καὶ τοῦς αὐτοῦς ἀναλογίας, ἀπέχων ἀπὸ μείζονος τοῦ πολλαπλασιαχθέντων ἀλλάλους, ὅσους ὁ ἐλάττων τοῦ πολλαπλασιαχθέντων ἀπὸ μονάδος ἀναλόγον ἀπέχει· ἀπὸ δὲ τοῦς μονάδος ἀφέξει ἑνὶ ἐλάττονας ἢ ὅσος ἐστὶν ἀριθμὸς συναμφοτέρων, ὃς ἀπέχοντι ἀπὸ μονάδος οἱ πολλαπλασιάξαντες ἀλλάλους. Εστω γὰρ ἀριθμοὶ τινὲς ἀναλόγον ἀπὸ μονάδος, οἱ α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ, μονὰς δὲ ἔστω ὁ α· καὶ τοῦ κ πολλαπλασιάσθω ὁ δ τῶ θ· ὁ δὲ γινόμενος ἔστω ὁ χ. Εἰλήφθω δὴ ὁ ἐν τοῦς αὐτοῦς ἀναλογίας ὁ λ, ἀπέχων ἀπὸ τοῦ θ τοσούτους, ὅσους ὁ δ ἀπὸ μονάδος ἀπέχει· Δεικτέον, ὅτι ἴσος ἐστὶ ὁ χ τῶ λ.

merorum Tertiorum. Constat utique, multas octades sic continuè sequi, ut dictum est.

Utile etiam est hoc cognitu: Si, numerorum ab Unitate continuè proportionalium, aliqui se mutuò multiplicent in eâdem analogiâ constituti: Factus, etiam erit ex eâdem analogiâ; à mutuò multiplicantium Majore totidem distans, quot eorum multiplicantium Minor distet ab Unitate proportionaliter; ab Unitate autem distans, uno minus quam est numerus simul Uterque, quibus se mutuò multiplicantes distent ab Unitate. Sunto enim numeri aliquot ab unitate continuè proportionales, α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ, quorum α sit Unitas: atque multiplicetur δ per ϑ, sitque factus χ. Sumatur autem, ex eâdem analogiâ, λ; totidem à ϑ distans, quot δ distat ab unitate. Ostendendum est, quod χ æquetur λ. Quippe cum,

con-

continuè proportionalium, æquè diſtet δ ab α, atque λ à ϑ; eandem habet rationem δ ad α, quam λ ad ϑ: multiplex autem eſt δ ipſius α, per δ; ergo & λ multiplex eſt ipſius ϑ, per δ: adeoque λ ipſi χ æqualis. Conſtat itaque, Factum, tum ex eadem eſſe analogiâ; tum, à multiplicantium majore totidem diſtare, quot minor diſtat ab unitate. Conſtat item, quod ab Unitate diſtat uno minùs quàm eſt ſimul uterque numerus quibus illi ab Unitate diſtant. Quippe ipſi α β γ δ ε ζ η ϑ totidem ſunt quot ϑ diſtat ab unitate; ipſique ι κ λ ſunt uno pauciores quam quot δ diſtat ab unitate; ut qui, cum ϑ, totidem ſint.

His autem partim poſitis, partim demonſtratis: propoſitum demonſtrabitur.

Cum enim ponatur ſeminis Papaveris

τῷ λ. Ἐπεὶ οὖν, ἀνὰ λόγον ἐόντων, ἴσον ἀπέχει ὁ τε δ ἀπὸ τοῦ α, καὶ ὁ λ ἀπὸ τοῦ θ· τὸ αὐτὸν ἔχει λόγον ὁ δ ποτὶ ⓜ α, ὃν ὁ λ ποτὶ ⓜ θ. Πολλαπλασίων δὲ ἐστὶν ὁ δ τοῦ α τῷ δ· πολλαπλασίων ἄρα ἐστὶ καὶ ὁ λ τοῦ θ τῷ δ· ὡς τε ἴσος ἐστὶν ὁ λ τῷ κ. Δῆλον οὖν, ὅτι γραμμῶν, ἐν τοῖς αὐξῶς ἀναλογίας τε ἐστὶν, καὶ ἀπὸ τοῦ μείζονος πολλαπλασιαξάντων ἀλλήλους ἴσον ἀπέχων, ὅσους ὁ ἐλάττων ἀπὸ τοῦς μονάδος ἀπέχει. Φανερὸν ἄρ, ὅτι καὶ ἀπὸ μονάδος ἀπέχει ἑνὶ ἐλάττονας ἢ ὅσος ἐστὶν ὁ ἀριθμὸς συναμφοτέρων οὗς ἀπέχουσι ἀπὸ τοῦς μονάδος. Οἱ δὲ μὴν καὶ οἱ α β γ δ ε ζ η θ, τοσοῦτοι ἐντὶ ὅσους ὁ θ ἀπὸ μονάδος ἀπέχει· οἱ δὲ ι κ λ, ἑνὶ ἐλάττονες ἢ ὅσους ὁ δ ἀπὸ μονάδος ἀπέχει· συὶ γὰρ τῷ θ, τοσοῦτοι ἐντί.

Τούτων δὲ, τῶν μὴν ὑποκειμένων, τῶν δὲ ἀποδεδειγμένων· ὃ προκείμενον δεικτέον ἐστί.

Ἐπεὶ γὰρ ὑπόκειται, τὰν Δήμητρον

τερον τᾶς μάκων ⊖ μὴ ἐλάσσονα εἶμεν ἢ τετρακοσιόριον δακτύλου δῆλον, ὡς αἱ σφαῖρα δακτυλιαίαν ἔχουσα τὸν διάμετρον, ὐ μείζων ἐστὶν ἢ ὡς τε χωρεῖν μάκωνας ἑξακισμυριάς καὶ τετρακιχίλιας· τᾶς γὰρ σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὸν διάμετρον τετρακοσιόριον δακτύλου, πολλαπλασία ἐστὶ τῶ εἰρημένω ἀριθμῶ· (δέδεικται γάρ τοι, ὅτι αἱ σφαῖραι τετραπλάσιον λόγον ἔχοντι πρὸς ἀλλάλας, τὸν διαμέτρων.) Επεὶ ὃ ὑπόκειται καὶ τὸ ψάμμυ ⊖ ἀριθμόν, εἰς ὃ τᾶς μάκων ⊖ μέγεθ ⊖, μὴ μείζονα εἶμεν μυριάων· δῆλον ὡς, εἰ πληρωθείη ψάμμυ αἱ σφαῖραι αἱ δακτυλιαίαν ἔχουσα διάμετρον, ὐ μείζων κα εἴη ὁ ἀριθμὸς τοῦ ψάμμυ, ἢ μυριάκις τὰ ἑξακισμύρια καὶ τετρακιχίλια. Οὗτ ⊖ δὲ ἐστὶν ὁ ἀριθμὸς, μονάδες τὲ ς τῆς δευτέρων ἀριθμῆς, καὶ, τῆς πρώτων, μυριάδες

paveris diameter non minor quam digiti pars quadragesima : manifestum est, Sphæram, quæ digitalem habeat diametrum, non majorem esse quam ut contineat seminum papaveris sex myriades & quatuor millia, (*seu, sexaginta quatuor millia: nempe* 64000, *hoc est*, 40 *per* 40 *per* 40.) Est enim Sphæræ, diametrum habentis digiti partem quadragesimam, multipla per dictum numerum. (Demonstratum utique est, Sphæras ad invicem rationem habere diametrorum suarum triplicatam.) Cumque positum sit, Arenæ numerum, quæ semen papaveris æquet magnitudine, myriade (*seu decem millibus*) non majorem esse : manifestum est, si Sphæra digitalem habens diametrum, arenâ foret repleta ; non majorem fore arenæ numerum, quam illa, sex myriadum & quatuor millia, decies millies sumta : (*seu* 64000 *in* 10000, *hoc est*, 6 | 4000, 0000.) estque ille numerus, sex unitates secundorum numerorum ; &, primo-

rum, quater mille myriades. Minor igitur eſt (*multo magis*) quam decem unitates ſecundorum numerorum: *ſeu* 10 | 0000, 0000.

Sphæra verò diametrum habens digitorum centum, eſt, habentis diametrum digitalem, multipla per centum myriadas, *ſeu* 100,0000, *hoc eſt*, 100 *in* 100 *in* 100: (propter Sphæras ad invicem in diametrorum ſuarum ratione triplicatâ.) Si itaque ex arenâ fieret tantæ magnitudinis Sphæra, ut diametrum habeat centum digitorum: manifeſtum eſt, minorem fore arenæ numerum, quam qui fiat ex decem unitatibus ſecundorum numerorum, multiplicatis per centum myriadas: (*ſeu* 10 | 0000, 0000, *per* 100, 0000.) Cumque decem unitates ſecundorum numerorum, ſit, numerus decimus ab unitate continuè proportionalis in terminorum decuplorum analogiâ, &, centum myriades, ſeptimus ab unitate in eadem analogia: manifeſtum eſt, numerum fa-

ctum,

590 εκάδες τετρακισχίλιαι. Ελάττων οὖν ἐστὶν ἢ ι μυριάδες τῆς δευτέρων ἀριθμῆς.

Αἱ τῆς ρ δακτύλων ἔχουσα τὴν διάμετρον σφαῖρα, πολλαπλασία ἐστὶ τῶν δακτυλιαίαν ἐχούσας τὴν διάμετρον, ἐστὶ τῶν ρ μυριάδεσιν (διὰ τὸ τετράκις λόγον ἔχειν ποτ' ἀλλήλας τὴν διαμέτρων τῶν σφαιρῶν.) Εἰ οὖν γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα τοιαύτα τὸ μέγεθος, ἀλίκη ἐστὶν αἱ σφαῖρα αἱ ἔχουσα τὸν διάμετρον δακτύλων ρ· δῆλον, ὡς ἐλάττων ἔσται ὁ τοῦ ψάμμου ἀριθμὸς τοῦ γνωσθέντος ἀριθμοῦ πολλαπλασιασθεὶς τῶν δέκα μυριάδων τῆς δευτέρων ἀριθμῆς, τῶν ρ μυριάδεσιν. Επεὶ οὖν τῆς δευτέρων ἀριθμῆς δέκα μονάδες, δεκάκις ἐστὶν ἀριθμὸς ἀπὸ μονάδος ἀνὰ λόγον, ἐν τῷ τῆς δεκαπλῶν ὅρων ἀναλογίᾳ· αἱ οὖν ἑκατὸν μυριάδες, ἕβδομος ἀπὸ μονάδος ἐκ τῶν αὐτῶν ἀναλογίας· δῆλον ὡς ὁ γνώμων, ὅρος ἔσται

ταις τῶν ἐκ τῆς αὐτῆς ἀναλογίας ἑκκαιδέκατος ἀπὸ μονάδος. (δέδεικται γὰρ ὅτι ἑνὶ ἐλάσσονας ἀπὸ τῆς μονάδος ἀπέχει ἢ ὅσος ἐστὶν ὁ ἀριθμὸς συναμφοτέρων ἐς ἀπέχοντι ἀπὸ μονάδος οἱ πολλαπλασιάσαντες ἀλλάλους.) Τῶν δὲ ἑκκαίδεκα τούτων, ὀκτὼ μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τῇ μονάδι, τῶν πρώτων καλουμένων ἐντί· οἱ δὲ μετὰ τούτους ὀκτὼ, τῶν δευτέρων· καὶ ὁ ἕκατος ἐστὶν αὐτῶν, χίλιαι μυριάδες τῶν δευτέρων ἀριθμῶν. Φανερὸν δοῦν, ὅτι τοῦ ψάμμου ὁ πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τῇ σφαίρᾳ τῇ τοῦ Ἡλίου μετρουμένου ρ δακτύλων ἐχούσα, ἔλαττόν ἐστιν ἢ χίλιαι μυριάδες τῶν δευτέρων ἀριθμῶν.

Πάλιν δὲ καὶ αἱ σφαῖραι αἱ τῶν μυρίων δακτύλων ἔχουσαι τοῦ Ἡλίου μετρουμένου, πολλαπλασίαι τῶν ἐχουσῶν τοῦ Ἡλίου μετρουμένου ρ δακτύλων, ταῖς ρ μυριάδεσι. Εἰ δοῦν γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖραι τοσαῦται ὁ μέγεθος, αἱ λίμνα ἐστὶν αἱ ἔχουσαι σφαῖραι τὸν Ἡλίου μετρουν

ctum, terminum fore, ejusdem analogiæ, decimumsextum ab unitate: (Demonstratum utique est; uno minus ab unitate distare quàm est simul uterque numerus quibus ab unitate distent numeri invicem multiplicati.) Horum autem sexdecem; octo primores cum unitate, sunt eorum quos Primos dicimus; quique post hos sequuntur octo, sunt Secũdorum; atque horum ultimus, mille myriades secundorum numerorum: *seu* 1000,0000 | 0000, 0000.

Rursus; Sphæra quæ diametrum habet digitorum myriadem; est, habentis diametrum digitorum centum, multipla per decem myriadas; *seu* 10,0000. Si itaque ex arena fieret tantæ magnitudinis Sphæra, ut diametrum habeat digitorum myriadem:

riadem : manifeſtum eſt, minorem fore arenæ numerum quam qui fit, ex mille myriadibus ſecundorum numerorum, multiplicatis per centum myriadas. Cumque ſecundorum numerorum mille Myriades, ſit numerus decimus ſextus ab unitate proportionalium; &, centum Myriades, ſeptimus ab unitate in eadem analogia: Manifeſtum eſt, Factum, ejuſdem analogiæ fore vigeſimum ſecundum ab unitate. Horum autem viginti & duo; octo primores cum unitate, ſunt dictorum Primorum; octo ſequentes, dictorum Secundorum; reliquique ſex, Tertiorum; & horum ultimus, eſt, decem Myriades tertiorum numerorum. Manifeſtum igitur eſt, arenæ multitudinem, magnitudinem habentis æqualem Sphæræ cujus diameter ſit digitorum myrias, minorem eſſe quam decem Myriadas tertiorum numerorum: *ſeu* 10, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000.

Cumque

τεον μυριάδων δακτύλων· δῆλον, ὡς ἑλάσσων ἐστεῖ) ὁ τȣ ψάμμȣ ἀριθμός,
640 ȣ ἡγωμμένȣ πολλαπλασιασθεισῆς τῶν χιλιῶν μυριάδων τῆς δευτέρων ἀριθμῆς, τῆς ρ μυριάδες εἰσίν. Επεὶ δ' αἱ μὲν τ δευτέρων ἀριθμῆς χίλιαι μυριάδες, ἑκκαιδέκατȣ ὄξιν ἀριθμός
645 ἀπὸ μονάδȣ ἀνὰ λόγον· αἱ ȣ ρ μυριάδες, ἕβδομȣ ἀπὸ μονάδȣ ὂν τῶ ἀυτῶ ἀναλογία· δῆλον ὡς ὁ ἡγούμενος ἐστεῖται δυοκαιεικοστὸς τῆς ἐκ τῶς ἀυτῶς ἀναλογίας ἀπὸ μονάδȣ. Τῶν ȣ δυὸ
650 καὶ εἴκοσι τούτων, ὀκτὼ μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τῶ μονάδι, τῆς πρώτων καλȣμένων ἐντί· ὀκτὼ ȣ οἱ μετ' ἀυτοὺς, δευτέρων καλȣμένων· οἱ ȣ λοιποὶ ἑξ, τῆς τείτων καλȣμένων· καὶ ὁ ἕκατȣ
655 ἀυτῆς ὄξὶ, δέκα μυριάδες τῆς τείτων ἀριθμῆς. Φανερὸν ὖν, ὅτι ὁ τȣ ψάμμȣ πλῆθος τȣ μέγεθȣ ἔχοντȣ ἴσον τῶ σφαίρα τὴν διάμετρον ἐχούσα μυρίων δακτύλων, ἐ-
660 λάσσων ὄξὶν ἢ ι μυριάδες τείτων ἀριθμῆς.

Καὶ

Καὶ ἐπεὶ ἐλάσσων ἐστὶν ἡ σταδιαία ἔχουσα τὰν διάμετρον σφαῖρα, τᾶς σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον μυρίων δακτύλων· δῆλον, ὅτι καὶ ὁ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ μέγεθος ἐχοντος ἴσον τᾷ σφαίρᾳ τᾷ τὰν διάμετρον ἐχούσᾳ σταδιαίᾳ, ἔλασσον ἐστὶν ἢ ι μυριάδες τῶν τρίτων ἀριθμῶν.

Πάλιν δ', αἱ σφαῖραι αἱ ἔχουσαι τὰν διάμετρον ρ σταδίων, πολλαπλασίων ἐστὶ τᾶς σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον σταδιαίαν, ταῖς ρ μυριάδεσσιν. Εἰ οὖν γένοιτο κα τοῦ ψάμμου σφαῖρα τηλικαύτα τὸ μέγεθος, οἵλικα ἐστὶν ἔχουσα τὰν διάμετρον ρ σταδίων· δῆλον, ὅτι ἐλάσσων ἐστεῖται ὁ τοῦ ψάμμου ἀριθμὸς, τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιαδεισομένου τᾶν δέκα μυριάδων τρίτων ἀριθμῶν, ταῖς ρ μυριάδεσσι. Καὶ ἐπεὶ αἱ μ τρίτων ἀριθμῶν δέκα μυριάδες, δυοκαιφηκοσὸς ἐστὶν ἀπὸ μονάδος ἀναλόγον· αἱ δ' ρ μυριάδες ἕβδομος ἀπὸ μονάδος κα τᾶς αὐτᾶς

ἀναλο-

Cumque Sphæra cujus diameter ſit unum ſtadium, minor ſit quam quæ diametrum habet digitorum Myriadem: Maniſteſtum eſt, arenæ multitudinem, magnitudinem habentis æqualem Sphæræ, cujus diameter ſit unum ſtadium, minorem fore quam decem Myriadas tertiorum numerorum: *ſeu*, 10, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000.

Porrò, Sphæra diametrum habens centum ſtadia, eſt, diametrum habentis unum ſtadium, multipla per centum Myriadas. Si igitur ex arena fieret tantæ magnitudinis Sphæra, ut diametrum habeat centum ſtadia: Manifeſtum eſt, minorem fore arenæ numerum, quam qui fit, ex decem Myriadibus tertiorum numerorum, multiplicatis per centum Myriadas. Cùmque, tertiorum numerorum decem Myriades, ſit viceſimus ſecundus ab unitate proportionalium; &, centum Myriades, ſeptimus ab unitate in eâdem analogiâ: Manifeſtum

nifeſtum eſt, Factum, ejuſdem analogiæ fore vigeſimum octavum ab unitate. Horum autem viginti octo; primores octo cum unitate, ſunt dictorum Primorum; qui poſt illos alii octo, Secundorum; & octo poſt illos, Tertiorum; & quatuor reliqui, dictorum Quartorum; & horum ultimus, mille Unitates quartorum numerorum. Manifeſtum igitur, eſt arenæ multitudinem; magnitudinem habentis æqualem Sphæræ, cujus diameter ſit centum ſtadia, minorem eſſe, quam mille unitates Quartorum numerorum; *ſeu*, 1000 |0000, 0000 |0000, 0000 |0000, 0000.

Iterumque; Sphæra quæ diametrum habeat ſtadiorum Myriadem, eſt, habentis diametrum centum ſtadia, multipla per centum Myriadas. Si igitur ex arena fieret tantæ magnitudinis Sphæra, ut diametrum habeat myriadem ſtadiorum: Manifeſtum eſt,

mino-

690 ἀναλογίας· δῆλον, ὡς ὁ γλυόμενος ἐστὶ τῷ ὀκτωκαιεικοσὸς ὀκ πᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας ἀπὸ μονάδος. Τῶν δὴ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τῶν, ὀκτὼ μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τῇ μονάδι, τῶν πρώτων καλουμένων· οἱ δὲ μετὰ τούτους ἄλλοι ὀκτὼ, τῶν δευτέρων· καὶ οἱ μετὰ τούτους ὀκτὼ, τῶν τρίτων· οἱ δὲ λοιποὶ τέσσαρες, τῶν τετάρτων καλουμένων· καὶ ὁ ἕκατος αὐτῶν ἐστὶ, χίλιαι μονάδες τῶν τετάρτων ἀριθμῶν.

695 700 Φανερὸν οὖν, ὅτι ὁ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τῇ σφαίρᾳ τῇ τοῦ Δημόκριτον ἔχούσῃ σταδίων ρ, ἔλασσον ἐστὶν ἢ χίλιαι μονάδες τῶν τετάρτων ἀριθμῶν.

705 Πάλιν δὴ, αἱ σφαῖραι αἱ ἔχουσαι τοῦ Δημόκριτον μυριάδων σταδίων, πολλαπλασίαι ἐστὶ τῶν σφαίρας τῶν ἐχούσας τὸν Δημόκριτον σταδίων ρ, τῶν ρ μυριάδεσιν. Εἰ οὖν γλύοιμεν ὀκ ἓξ ψάμμου σφαῖραν τοιαύτην ὁ μέγεθος, ἀλίκη ἐστὶν αἱ σφαῖραι αἱ ἔχουσαι τοῦ Δημόκριτον σταδίων μυριάδων.

710 δῆλον

δῆλον, ὅτι ἔλαττον ἐστεῖται ὁ τοῦ ψάμ-
μου πλῆθος, τοῦ γνομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιαθεισῶν τῶν χιλιάν μο-
νάδων τῶν τεττάρων ἀριθμῶν, τῆς ρ
μυριάδεστιν. Επεὶ δὲ αἱ μὲν τῶν τε-
τάρτων ἀριθμῶν χίλιαι μονάδες, ὀ-
κτωκαιεξηκοστὸς εἰσὶν ἀπὸ μονάδος ἀνα-
λόγον· αἱ δὲ ἑκατὸν μυριάδες, ἑβδο-
μος ἀπὸ μονάδος ἐκ τῆς αὐτῆς ἀ-
ναλογίας· δῆλον, ὅτι ὁ γνόμενος ἐσ-
τεῖται ἐκ τῆς αὐτῆς ἀναλογίας τέταρ-
τος καὶ τεσσαρακοστὸς ἀπὸ μονάδος. Των
δὲ τεσσάρων καὶ τεσσαράκοντα τούτων, ὀκ-
τὼ μὲν οἱ πρῶτοι συὶ τῇ μονάδι, τῆς
πρώτων καλουμένων ἐνιαυτοῦ· οἱ δὲ μετ'
τούτους ὀκτω, τῆς δευτέρων· καὶ οἱ μετ'
τούτους ἄλλοι ὀκτὼ, τῆς τρίτων· καὶ
οἱ μετ' τούτους ὀκτὼ, τῆς τεταρτῶν·
οἱ δὲ λοιποὶ δυὸ, τῆς πέμπτων καλου-
μένων ἐστοιῶται· καὶ ὁ ἕκατος αὐ-
τῆς ἐστὶ, δέκα μοναδῶν τῆς πέμπτων
ἀριθμῆς. Δῆλον οὖν, ὅτι ὁ τοῦ ψάμ-
μου πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον
τῷ σφαίρᾳ τῷ τὰν ἡμάμετρον ἔχοντα
σταδίων

minorem fore arenæ multitudinem numero qui fit, ex mille unitatibus quartorum numerorum, multiplicatis per centum Myriadas. Cumque numerorum quartorum mille unitates, ſit ab unitate proportionalium vigeſimus octavus, &, centum Myriades, ſeptimus ab unitate in eâdem analogiâ: Manifeſtum eſt, Factum, ejuſdem analogiæ fore trigeſimum quartum ab unitate. Horum autem triginta quatuor; primores octo cum unitate ſunt dictorum Primorum; octo ab his proximi, Secundorum; poſt hos alii octo, Tertiorum; poſt illos octo, Quartorum; reliquique duo, dictorum Quintorum; &, horum ultimus, decem unitates Quintorum numerorum. Manifeſtum igitur eſt, arenæ multitudinem, magnitudinem habentis æqualem Sphæræ, cujus diameter ſit ſtadiorum Myrias, minorem fore quam decem unitates Quintorum numerorum:

ſeu

ſeu 10|0000, 0000|0000, 0000|0000, 0000|0000.

Rurſum; Sphæra cujus diameter ſit centum myriades ſtadiorum, eſt ejus, quæ diametrum habeat ſtadiorum myriadem, multipla per centum Myriadas. Si igitur ex arena fieret Sphæra tantæ magnitudinis, ut diametrum habeat centum Myriadas ſtadiorum: Manifeſtum eſt, minorem fore arenæ numerum, quam qui fit, ex decem unitatibus quintorum numerorum, multiplicatis per centum Myriadas. Cumque quintorum numerorum decem unitates, ſit trigeſimus quartus ab unitate proportionalium; &, centum Myriades, ſeptimus ab unitate in eâdem analogiâ: Manifeſtum eſt, Factum, ejuſdem analogiæ fore quadrageſimum ab unitate. Horum vero Quadraginta; primores octo cum unitate, ſunt, dictorum Primorum; poſt illos alii octo, Secundorum; poſt illos alii octo,

Tertio-

σταδίων μυριάδων, ἕλασσον ἐστεῖται ἡ μονάδες τῆς πέμπτων ἀριθμῆς.

740 Πάλιν δὴ, αἱ σφαῖραι αἱ ἔχουσι τὸν διάμετρον σταδίων ρμυριάδων, πολλαπλασία ἐστὶ τᾶς σφαίρας τὸν διάμετρον ἐχούσας σταδίων μυριάων, ταῖς ρ μυριάδεσιν. Εἰ οὖν γίνοιτο ὁκ τοῦ

745 ψάμμου σφαῖρα τοιαυτα, ἀλίκα ἐστὶν αἱ σφαῖραι αἱ ἔχουσι τὰν διάμετρον σταδίων ρμυριάδων· δῆλον ὡς ἐλάσσων ἐστεῖται ὁ τοῦ ψάμμου ἀριθμὸς, τοῦ γινομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιαθεισᾶς τᾶν δέκα μονάδων τῆς πέμ-

750 πτων ἀριθμῆς, ταῖς ρ μυριάσι. Καὶ ἐπεὶ αἱ μὲν τῆς πέμπτων ἀριθμῆς δέκα μονάδες, τέταρτος ἐστὶ καὶ τελευταῖος ἀπὸ μονάδος ἀνὰ λόγον· αἱ δὲ ρ

755 μυριάδες, ἕβδομος ἀπὸ μονάδος ὁκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας· δῆλον ὅτι ὁ γινόμενος, ὁκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας ἐστεῖται τετραγωνος ἀπὸ μονάδος.

Τῶν δὲ τοιαυτάκοντα τούτων, ὁκτὼ

760 μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τᾷ μονάδι, τῆς πρώτων καλουμένων ἐστί· οἱ δὲ ὀκτὼ

τούτους ἄλλοι ὀκτώ, τῆς δὲ δευτέρου· καὶ οἱ μετὰ τούτους ἄλλοι ὀκτώ, τῆς τρίτου· οἱ δὲ μετὰ τοὺς τρίτους ὀκτώ, τῆς τετάρτου· οἱ δὲ μετὰ τούτους ὀκτώ, τῆς πέμπτου καὶ ἑβδομήκοντα· καὶ ὁ ἔσχατος αὐτῆς ἐστὶ, χίλιαι μυριάδες τῆς πέμπτου ἀριθμῆς. Φανερὸν οὖν ὅτι τοῦ ψάμμου ὁ πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τὰ σφαίρα τὰν διάμετρον ἔχόντα ποδιαῖον ρ μυριάδων, ἔλασσον ἐστὶν ἢ χίλιαι μυριάδες τῆς πέμπτου ἀριθμῆς.

Α δὲ τὰν διάμετρον ἔχουσα σφαῖρα ποδιαῖον μυριάν μυριάδων, πολλαπλασίων ἐστὶ τᾶς σφαίρας τᾶς ἐχούσας τὰν διάμετρον ποδιαῖον ρ μυριάδων, τᾶς ρ μυριάδεσσιν. Εἰ οὖν γνοίη ὁ κ τοῦ ψάμμου σφαῖρα τηλικαύτα ὁ μέγεθος, ἀλίκα ἐστὶν ἁ σφαῖρα ἁ ἔχουσα τὰν διάμετρον ποδιαῖον μυριᾶν μυριάδων· φανερὸν, ὅτι ἔλασσον ἔσσεται ὁ τοῦ ψάμμου πλῆθος, τοῦ γενομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιαθεισᾶς τᾶν χιλιᾶν μυριάδων τῆς πέμπτου ἀριθμῆς,

Tertiorum; poſt tertios octo, Quartorum; poſtque illos octo, dictorum Quintorum; atque horum ultimus mille Myriades numerorum quintorum. Manifeſtum igitur eſt, arenæ multitudinem, magnitudinem habentis æqualem Sphæræ, cujus diameter ſit centum myriades ſtadiorum, minorem fore quam mille myriadas Quintorum numerorum: *ſeu*, 1000, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000.

Sphæra autem quæ diametrum habeat myriadem myriadum ſtadiorum, ejus quæ diametrum habet centum myriadas ſtadiorum, eſt multipla per centum myriadas. Si igitur fieret ex arenâ tantæ magnitudinis ſphæra, ut diametrum habeat myriadem myriadum ſtadiorum: manifeſtum eſt, minorem fore arenæ multitudinem, numero qui fit ex multiplicatis mille myriadibus quintorum numerorum per centum myriadas. Cumque ſit,

quintorum numerorum mille myriades, proportionalium ab unitate quadrageſimus: &, centum myriades, ſeptimus ab unitate in eadem analogiâ: manifeſtum eſt, Factum, fore quadrageſimum ſextum ab unitate. Horum autem quadraginta ſex; primores octo cum unitate, ſunt, dictorum Primorum; octo ſequentes, Secundorum; poſt illos octo alii, Tertiorum; qui poſt tertios alii octo, Quartorum; poſt quartos octo, Quintorum; reliquique ſex, dictorum Sextorum; atque horum ultimus, decem myriades ſextorum numerorum. Manifeſtum igitur eſt, arenæ multitudinem, magnitudinem habentis æqualem Sphæræ cujus diameter ſit myrias myriadum ſtadiorum, minorem forè quàm decem myriadas ſextorum numerorum: *ſeu* 10, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000 | 0000.

Sphæra vero quæ diametrum habeat,

ἀριθμῶν, τῶν μυριάσιν. Ἐπεὶ δ' αἱ μὲν τρὶς πέμπτων ἀριθμῶν χίλιαι μυριάδες, τετραγωνός ἐστιν ἀπὸ μονάδος ἀνὰ λόγον· αἱ δὲ μυριάδες, ἑβδομος ἀπὸ μονάδος ὀκτὼ τῶν ὡυτῶν ἀναλογίας· δῆλον ὡς ὁ γινόμενος ἐκατεῖταν ἕκτος καὶ τετραγωνός ἀπὸ μονάδος. Τῶν δὲ τετραγώνων καὶ ἐξ τούτων, ὀκτὼ μὲν οἱ πρῶτοι σὺν τῇ μονάδι, τῶν πρώτων καλουμένων ἑνί· ὀκτὼ δὲ οἱ μετ' αὐτοὺς, τῶν δευτέρων· καὶ οἱ μετὰ τούτους ἄλλοι ὀκτὼ, τῶν τρίτων· οἱ δὲ μετὰ τοὺς τρίτους ἄλλοι ὀκτὼ, τῶν τετάρτων· καὶ οἱ μετὰ τοὺς τετάρτους ὀκτὼ, τῶν πέμπτων· οἱ δὲ λοιποὶ ἐξ, τῶν ἕκτων καλουμένων ἑνί· καὶ ὁ ἕβδομος αὐτῶν ἐστὶ, ἡ μυριάδες τῶν ἕκτων ἀριθμῶν. Φανερὸν οὖν, ὅτι ὁ τοῦ ψάμμου πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τῷ σφαίρᾳ τῷ τοῦ ψάμμου ἔχοντα σταδίων μυριάκις μυρίων, ἔλαττον ἐστὶν ἢ ἡ μυριάδες τῶν ἕκτων ἀριθμῶν.

Α δὲ τὰν ψάμμον ἔχουσα σφαῖρα

σταδίων

ψαδίων μυριάκις μυριάδων ρ, πολ- 810
λαπλασία ἐστὶ τῆς σφαίρας τῆς ἐ-
χούσης τὴν διάμετρον ψαδίων μυ-
ριάκις μυρίων, τῆς ρ μυριάδεστιν·
Εἰ οὖν ληφθείη ἐν τῷ ψάμμῳ σφαῖρα
παλικαύτα τῷ μέγεθει, ἁλίκα ἐστὶν 815
ἁ σφαῖρα ἁ ἔχουσα τὴν διάμετρον
ψαδίων μυριάκις μυριάδων ρ· φανη-
ρὸν ὅτι τῷ ψάμμῳ πλῆθει ἔλασ-
σον ἐστεῖται τοῦ ληφθέντος ἀριθμοῦ πολ-
λαπλασιαδεισθῆ τῶν ι μυριάδων 820
τὸ ἕκτων ἀριθμῷ, τῆς ρ μυριά-
δεστιν. Επεὶ δ' αἱ μὲν τὸ ἕκτων ἀριθ-
μῷ δέκα μυριάδες, ἕκτος καὶ πεντη-
κοστὸς ἐστὶν ἀπὸ μονάδος ἀναλόγο-
ν· αἱ δὲ ρ μυριάδες, ἕβδομος ἀπὸ 825
μονάδος ἐν τῇ αὐτῇ ἀναλογίᾳ· δῆ-
λον ὅτι ὁ ληφθέντος ἐστεῖται δυοκαι-
πεντηκοστὸς ἀπὸ μονάδος ἐν τῇ αὐ-
τῇ ἀναλογίᾳ. Των δὲ δυὸ καὶ πεν-
τήκοντα τούτων, οἱ μὲν ὀκτὼ καὶ πε- 830
σσαράκοντα σὺν τῇ μονάδι, οἵ τε
πρῶτοι καλέμενοι ἐντί, καὶ οἱ δεύτε-
ροι, καὶ τρίτοι, καὶ τέταρτοι, καὶ πέμ-
πτοι,

habeat, centum myriadas myriadum ſtadiorum, eſt ejus, quæ diametrum habet myriadem myriadum ſtadiorum, multipla per centum myriadas. Si igitur ex arena fieret tantæ magnitudinis Sphæra ut diametrum habeat centum myriadas myriadum ſtadiorum: manifeſtum eſt, arenæ multitudinem minorem fore numero qui fit, ex decem myriadibus ſextorum numerorum, multiplicatis per centum myriadas. Cumque decem myriades ſextorum numerorum, ſit proportionalium ab unitate quadrageſimus ſextus; &, centum myriades, ſeptimus ab unitate in eadem analogiâ: manifeſtum eſt Factum, fore quinquageſimum ſecundum ab unitate in eadem analogiâ. Horum autem quinquaginta duo; primores quadraginta octo cum unitate, ſunt eorum qui dicuntur Primi, & Secundi, & Tertii, & Quarti, & Quinti, &

Sexti; reliquique quatuor ſuut dictorum Septimorum; & horum ultimus, mille unitates ſeptimorum numerorum. Manifeſtum igitur eſt, arenæ multitudinem, magnitudinem habentis æqualem Sphæræ cujus diameter ſit centum myriades myriadum ſtadiorum, minorem eſſe quam mille unitates ſeptimorum numerorum: *ſeu* 1000 | 0000, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000 | 0000. 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000.

Cum itaque demonſtratum ſit, Mundi diametrũ minorem eſſe quam centum myriadas myriadum ſtadiorum: manifeſtum eſt, arenæ multitudinem, magnitudinem habentis Mundo æqualẽ; minorem eſſe quam Mille unitates Septimorum numerorum. Adeoque, Arenæ multitudinem, magnitudinem habentis æqualem Mundo à pleriſque Aſtrologis nuncupato, minorẽ eſſe quam, Mille unitates Septimorum numerorum; jam demonſtratum eſt.

Arenæ autem multitudinem, magnitu-

πλοι, καὶ ἕκτοι· οἱ δὲ λοιποὶ τέσσα-
835 ρες, τῆς ἑβδόμων καλουμένων ἐστί·
καὶ ὁ ἕκατος αὐτῆς ἐστὶ, χίλιαι
μονάδες τῆς ἑβδόμων ἀριθμῆς. Φα-
νερὸν οὖν, ὅτι τοῦ ψάμμου ὁ πλῆ-
θος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τοῦ
840 σφαῖρα τοῦ τὰν διάμετρον ἐχούσας
σταδίων μυριάκις μυριάδων ρ, ἔ-
λασσόν ἐστιν ἢ α μονάδες τῆς ἑβδό-
μων ἀριθμῆς.

Επεὶ οὖν ἐδείχθη, ἁ τοῦ κόσμου
845 διάμετρος ἐλάσσων οὖσα σταδίων
μυριάκις μυριάδων ρ· δῆλον ὅτι καὶ
τοῦ ψάμμου ὁ πλῆθος τοῦ μέγεθος
ἔχοντος ἴσον τῷ κόσμῳ, ἔλασσόν
ἐστιν ἢ α μονάδες τῶν ἑβδόμων ἀ-
850 ριθμῶν. Οτι μὴν ὁμοίως ὁ τοῦ ψάμ-
μου πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος
ἴσον τῷ ὑπὸ τῆς πλείστων ἀστρολό-
γων καλουμένῳ κόσμῳ, ἔλασσόν
ἐστιν ἢ α μονάδες τῶν ἑβδόμων ἀριθ-
558 μῶν, δείξω τάδε.

Οτι δὲ καὶ ὁ πλῆθος τοῦ ψάμμου

τοῦ

τῷ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τᾷ σφαί-
ρᾳ παλιναύτα, ἁλίκῃ Αρίσταρχος
ὑποτίθεται τὰν τῶν ἀπλανέων ἄ-
στρων σφαῖραν ἐμοῦ, ἔλασσον ἐστὶν 860
ἢ ,α μυριάδες τῶν ὀγδόων ἀριθ-
μῶν, διαθήσεται.

Επεὶ γὰρ ὑπόκειται, τὰν γᾶν
αὐτὸν ἔχειν λόγον ποτὶ τὰ ὑφ' ἁ-
μῶν εἰρημένον κόσμον, ὃν ἔχει λό- 865
γον ὁ εἰρημένος κόσμος ποτὶ τὰν
τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαῖραν, ἂν
Αρίσταρχος ὑποτίθεται· καὶ αἱ διάμε-
τροι τᾶν σφαιρᾶν αὐτὸν ἔχοντι
λόγον ποτὶ ἀλλάλας· αἱ δὲ κόσμου 870
διάμετρος τᾶς διαμέτρου τᾶς γᾶς
δέδεκται ἐλάσσων ἐοῦσα ἢ μυριοπλα-
σίων· δῆλον οὖν, ὅτι καὶ αἱ διάμετροι
τᾶς τᾶ ἀπλανέων ἄστρων σφαίρας,
ἐλάσσων ἐστὶν ἢ μυριοπλασίων τᾶς 875
διαμέτρου τᾶ κόσμου. Επεὶ δ' αἱ
σφαῖραι τριπλάσιον λόγον ἔχοντι
ποτ' ἀλλάλας τᾶν διαμέτρων· φα-
νερὸν, ὅτι αἱ τῶν ἀπλανέων ἄστρων
σφαῖρα ἂν Αρίσταρχος ὑποτίθεται, 880

gnitudinem habentis æqualem tantæ magnitudinis Sphæræ, quantam esse ponit Aristarchus sydeorum inerrantium Sphæram, minorem esse quam Mille myriades Octavorum numerorum; jam demonstrabitur.

Cum enim positum sit, Tellurem eam habere rationem ad Mundum à nobis dictum, quam habet dictus Mundus ad Syderum inerrantium Sphæram ab Aristarcho positam; adeoque & Sphærarum diametros invicem proportionales; sit autem mundi diametrus jam demonstrata minor quàm diametri Telluris decies millecupla, *seu per myriadem multipla*: manifestum est, & diametrum Sphæræ syderum inerrantium minorem esse quam, diametri Mundi, multiplam per myriadem, *seu* 10000. Cumque Sphæræ triplicatam habeant diametrorum suarum rationem, manifestum est, syderum inerrantium Sphæram quam ponit Aristarchus, minorem

norem esse quam Mundi multiplam per myriadum myriadum myriadem: *seu* 1, 0000, 0000, 0000. Demonstratum autem est, arenæ multitudinem, magnitudinem habentis mundo æqualem, minorem esse quam Mille unitates Septimorum numerorum. Manifestum igitur est, si ex arenâ fieret Sphæra eâ magnitudine qua ponit Aristarchus syderum inerrantium Sphæram esse; minorem fore arenæ numerum; quam qui fit, ex mille unitatibus septimorum numerorum, multiplicatis per myriadum myriadum myriadem. Cumque sit, septimorum numerorum mille unitates, ab unitate proportionalium quinquagesimus secundus; &, myriadum myriadum myrias, ejusdem analogiæ decimus tertius: manifestum est, Factum, ejusdem fore analogiæ sexagesimum quartum ab unitate. Qui quidem numerus, est, Octavorum octavus; estque, Mille myriades Octavorum numerorum.

Mani-

ἐλάττων ἐστὶν ἢ μυριάκις μυριάδων
μυριάδεσι πολλαπλασίων τῶ κόσμου.
Δέδεικται δ᾽, ὅ τοῦ ψάμμου πλῆθος
τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τῷ κό-
885 σμῳ, ἐλάσσον ἐστὶν ἢ α μυριάδες τῶ
ἑβδόμων ἀριθμῶν. δῆλον οὖν, ὅτι
εἰ γένοιτο ἐκ τοῦ ψάμμου σφαῖρα πα-
λικαύτα τὸ μέγεθος, ἀλίκη ὁ Α-
ρίσταρχος ὑποτίθεται τὰν τῶ ἀπλα-
890 νέων ἄστρων σφαῖρον εἶμεν, ἐλάσσων
ἐστεῖται ὁ τοῦ ψάμμου ἀριθμὸς, τοῦ
γενομένου ἀριθμοῦ πολλαπλασιαθεισᾶς
τᾶν χιλιᾶν μονάδων τῶν ἑβδόμων
ἀριθμῶν, ταῖς μυριάκις μυρίαις μυ-
895 ριάδεσι. Καὶ ἐπεὶ αἱ μὲν τῶν ἑβδό-
μων ἀριθμῶν α μονάδες, δυοκαιπεν-
ταπλασιόν ἐστιν ἀπὸ μονάδος ἀνὰ λό-
γον· αἱ δὲ μυριάκις μύριαι μυριά-
δες, τετρακισμυριάκις ἀπὸ μονάδος
900 ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀναλογίας· δῆλον, ὅτι
ὁ γενόμενος ἐστεῖ τέταρτος καὶ ἑξη-
κοσιόν ἀπὸ μονάδος ἐκ τᾶς αὐτᾶς ἀ-
ναλογίας· ἔστι δὲ ἐν τῶν ὀγδόων ὄγ-
δοος· καὶ χίλιαι μυριάδες τῶ ὀγδόων
ἀριθμῶν.

ἀριθμῶν. Φανερὸν τοίνυν, ὅτι τοῦ ψάμμου τὸ πλῆθος τοῦ μέγεθος ἔχοντος ἴσον τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαίρᾳ ἂν Ἀρίσταρχος ὑποτίθεται, ἔλασσον ἐστὶν ἢ χίλιαι μυριάδες τῶν ὀλίγων ἀριθμῶν.

Ταῦτα δ', Βασιλεῦ Γέλων, τοῖς μὲν πολλοῖς καὶ μὴ κεκοινωνηκόσι τῆς μαθημάτων, οὐκ ἄπιστα φανήσειν ὑπολαμβάνω· τοῖς δὲ μεταλελαβηκόσι καὶ περὶ τῶν ἀποσημάτων καὶ τῶν μεγεθέων τάς τε γᾶς καὶ τοῦ ἁλίου καὶ τᾶς σελήνας καὶ τοῦ ὅλου κόσμου παρεφερεντικόσι, πιστὰ δόξει τὰν ἀπόδειξιν ἐνεῖναι. Διόπερ ὠήθην καί τινας οὐκ ἀναρμόστον εἶν ἔτι ὑπιθεωρῆσαι ταῦτα.

Manifeſtum igitur eſt, Arenæ multitudinem, magnitudinem habentis æqualem ſyderum inerrantium Sphæræ quam ponit Ariſtarchus; minorem eſſe quàm Mille myriades Octavorum numerorum: *ſeu* 1000, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000 | 0000, 0000.

Hæc autem, Rex Gelo, pleriſque hominum, & qui rebus Mathematicis minimè verſati fuerint, haud credibilia viſum iri exiſtimo: verùm iis qui Mathemata conſecuti ſunt, atque de diſtantiis & magnitudinibus Telluris & Solis & Lunæ totiuſque Mundi meditati, certa fore; utpote demonſtrata. Putaverim itaque non incongruum fore, ſiqui hæc ipſa penitius ſpeculentur.

ARCHI-

ΑΡΧΗΜΗΔΟΥΣ
ΚΥΚΛΟΥ ΜΕΤΡΗΣΙΣ.

α'.

Πᾶς κύκλος ἴσος ἐστὶ τριγώνῳ ὀρθογωνίῳ, οὗ ἡ μὲν ἐκ τοῦ κέντρου ἴση μιᾷ τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν, ἡ δὲ περίμετρος τῇ λοιπῇ.

ΕΧΕΤΩ ὁ αβγδ κύκλος ὡς ὑπόκειται. Λέγω, ὅτι ἴσος ἐστὶ τριγώνῳ τῷ ε.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω μείζων ὁ κύκλος. Καὶ ἐγγεγράφθω τὸ αγ τετράγωνον· καὶ τετμήσθωσαν αἱ περιφέρειαι δίχα· καὶ ἔστω τὰ τμήματα ἤδη ἐλάσσονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ κύκλος τοῦ τριγώνου· τὸ ἀναγραμμὲν ἄρα ἐπὶ τοῦ τριγώνου ἐστὶ μεῖζον. Εἰλήφθω κέντρον τὸ ν, καὶ κάθετος ἡ νξ· ἐλάσσων ἄρα ἡ νξ τῆς τοῦ τριγώνου πλευρᾶς· Εστι δὲ καὶ ἡ περίμετρος τοῦ ἀναγράμμου τῆς λοιπῆς ἐλάττων, ἐπεὶ καὶ τῆς τοῦ κύκλου περιμέτρου.

Ελαττον

ARCHIMEDIS DIMENSIO CIRCULI.

PROPOSITIO I.

Quilibet Circulus, æqualis est, Triangulo Rectangulo; cujus, circa angulum rectum, rectarum alteri, æqualis sit Circuli Semidiameter; alteri, ejusdem Ambitus.

CIRCULUS αβγδ, (*Fig.* 1, 2.) habeat ut supponitur. Dico, Æqualem eum esse Triangulo ε.

Esto enim Circulus, si fieri potest, eo Major. Et inscribatur αγ Quadratum: Arcusque *continuè* bifariam secentur; (*cæteraque ut in Schemate*:) sintque *tandem*, Segmenta, Excessu quo Circulus Triangulum superat, Minora. *Inscriptum* itaque Rectilineum, Triangulo adhuc Majus erit. Sumatur Centrum ν, atque *hinc ad latus* perpendicularis νξ. Minor itaque est νξ, altero illorum laterum Trianguli. Estque reliquo minor, Ambitus Rectilinei; ut qui ambitu Cir-

culi minor est, (*sicut* νξ *minor Semidiametro.*) Et propterea, Rectilineum illud, Triangulo ε, Minus est. Quod est absurdum.

Esto deinde Circulus, si fieri potest, Minor Triangulo ε. Eique Circumscribatur Quadratum: Arcusque *continuè* bifariam secentur: perque *sectionum* puncta ducantur rectæ Contingentes: (*cæteraque ut in Schemate.*) Rectus itaque est Angulus ο α ρ· ideoque ο ρ major quam μ ρ· (æqualis enim est μ ρ ipsi α ρ·) adeoque ρ ο π triangulum, est figuræ ο ζ α μ plusquam dimidium. Et reliquantur tandem Portiones, qualis π ζ α, Minores Excessu quo Triangulum ε superat α β γ δ Circulum. Rectilineum itaq; Circumscriptum, Minus adhuc est Triangulo ε. Quod est absurdum. Est enim eodem Majus: eo quod ν α, æqualis sit Trianguli Catheto; ejusque Base, Major sit *circumscripti* Ambitus.

Æqualis itaque est Circulus Triangulo ε.

PROP.

Ελάττων ἄρα ὁ συγκείμενος τοῦ ε τριγώνου. ὅπερ ἄτοπον.

Ἔστω ὁ κύκλος, εἰ δυνατὸν, ἐλάττων τοῦ ε τριγώνου. Καὶ
25 περιγεγράφθω ὁ τετράγωνον· καὶ τετμήσθωσαν αἱ περιφέρειαι δίχα· καὶ ἤχθωσαν ἐφαπτόμεναι διὰ τῶν σημείων. Ορθαὶ ἄρα αἱ ὑπὸ ο α ρ· καὶ ο ρ ἄρα τῆς μ ρ ὀξεῖα μείζων· καὶ γὰρ ρ μ τῆ
30 ρ α ἴση ὀξεῖα. Καὶ ὁ ρ ο π τρίγωνον ἄρα, τοῦ ο ζ α μ χήματος μεῖζον ὀξεῖν ἢ ὁ ἥμισυ. Λελείφθωσαν, οἱ τῷ π ζ α τομεῖς ὅμοιοι, ἐλάσσους τῆς ὑποροχῆς, ἣ ὑπερέχει ὁ ε τρί-
35 γωνον τοῦ α β γ δ κύκλου. Εστιν ἄρα ὁ συγκείμενος ἐπὶ τοῦ ε ἔλασσον. Οπερ ἄτοπον. Εστι γὰρ μεῖζον· ὅτι καὶ μὴ ν α ἴση ὀξεῖα τῇ καθέτῳ τοῦ τριγώνου· καὶ
40 ἡ περίμετρος μείζων ὀξεῖα τῆς βάσεως τοῦ τριγώνου.

ΙΓ. Ἄρα ὁ κύκλος τῷ ε τριγώνῳ.

β'.

Ο κύκλος, πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Διαμέτρου τετράγωνον, λόγον ἔχει, ὃν ια πρὸς ιδ.

ΕΣΤΩ κύκλος, ἡ Διάμετρος ἡ αβ· καὶ περιγεγράφθω τετράγωνον τὸ γηδ· καὶ τῆς γδ διπλῆ, ἡ δε· ἤχθω δὴ καὶ ἡ εζ τῇ γδ. Ἐπεὶ οὖν, τὸ αγε πρὸς τὸ αγδ, λόγον ἔχει, ὃν κα πρὸς ζ· πρὸς δὲ καὶ τὸ αεζ, τὸ αγδ λόγον ἔχει, ὃν ἐπὶ τὰ πρὸς ἕν· τὸ αγζ ἄρα πρὸς τὸ αγδ, ἔστιν, ὡς κβ πρὸς ζ. Αλλὰ, τοῦ αγδ, τριπλάσιον τὸ τοῦ γη τετράγωνον. Τὸ δὴ αγζ τετράγωνον, τῷ αβ κύκλῳ, ἴσον τὸ ἐστίν· ἐπεὶ ἡ μὴν αγ κάθετος ἴση τὸ τῇ τοῦ κέντρου· ἡ δὴ βάσις τῇ τοῦ κύκλου περιμέτρῳ· ἥπερ ἡ Διαμέτρου τετραπλάσιον, καὶ τοῦ ζ' ἔλαμψε προφέρουσα, δεικθήσεται. Ο κύκλος οὖν, πρὸς τὸ γη τετράγωνον, λόγον ἔχει, ὃν ια πρὸς ιδ.

γ'.

PROP. II.

Circulus, ad Diametri Quadratum, eam rationem habet, quam 11 *ad* 14, proxime.

SIT circulus, cujus Diameter αβ (*Fig.* 3.) eique circumscribatur γηδ Quadratum. Sitque rectæ γδ (*ipsi* αβ *parallelæ*) dupla, δε· sitque εζ, ejusdem γδ pars septima: *cæteraque ut in Schemate.* Cum itaque triangulum αγε ad αγδ, rationem habeat quam 21 ad 7; atque, ad αεζ, rationem habeat αγδ quam 7 ad 1: est igitur αγζ ad αγδ, ut 22 ad 7. Est autem, ejusdem αγδ quadruplum, γη Quadratum; (*adeoque* αγζ *triangulum ad* γη *quadratum, ut* 22 *ad* 28, *seu* 11 *ad* 14;) ipsumque αγζ Triangulum, Circulo αβ *proxime* æquale; cum Cathetus αγ, sit æqualis Semidiametro; Basisque, perimetro Circuli *proxime* æqualis; (quam esse, demonstrabitur, Diametri triplam sesquiseptimam proxime.) Circulus itaque ad γη Quadratum *Diametri*, rationē habet, quam 11 ad 14 *proxime.*

PROP. III.

Cujuslibet Circuli Ambitus, Diametri Triplum superat, excessu, qui Minor est Diametri parte Septima, Major autem ejusdem Decem Septuagesimis-primis.

SIT Circulus, cujus Diameter αγ, (*Fig.* 4.) Centrum ε, & recta Contingens γλζ. Sitque angulus ζεγ, tertia pars recti. Recta igitur εζ ad ζγ, eam rationem habet, quam 306 ad 153. Et εγ ad γζ, majorem rationem habet, quam 265 ad 153.

Bifariam ergo secetur Angulus ζεγ, recta εη. Est igitur, ut ζε ad εγ, sic ζη ad ηγ: & componenti, & permutatim. Ergo, ut simul utraque ζε εγ ad ζγ, sic εγ ad γη. Adeoque, γε ad γη, majorem rationem habet, quam 571 ad 153. Recta igitur εη ad ηγ, Potestate, (h. e. *illius quadratum, ad quadratum hujus,*) majorem rationem habet quam 349450 ad 23409: Longitudine igitur, majorem quam $591\frac{1}{8}$ ad 153.

Rursus

γ'.

Παντὸς κύκλου ἡ περίμετρος, τῆ διαμέτρου, τριπλασίων ἐστὶ, καὶ ἔτι ὑπερέχει, ἐλάττονι μὲν ἢ ἑβδόμῳ μέρει τῆ διαμέτρου, μείζονι δὲ ἢ δέκατῳ ἑβδομηκοστομόρίου.

ΕΣΤΩ κύκλος, καὶ διάμετρος ἡ αγ, καὶ κέντρον ὁ ε, καὶ ἡ γλζ ἐφαπτομένη, καὶ ἡ ὑπὸ ζεγ τρίτον ὀρθῆς. Η εζ ἄρα πρὸς ζγ, λόγον ἔχει, ὃν τε πρὸς ργ· ἢ ὃ εγ πρὸς τὴν γζ, μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν σξε πρὸς ργ. Τετμήσθω οὖν ἡ ὑπὸ ζεγ δίχα τῇ εη. Εστιν ἄρα, ὡς ἡ ζε πρὸς εγ, ἡ ζη πρὸς ηγ· καὶ συνθέντι, καὶ ἀναλλάξ· ὡς ἄρα συναμφότερος ἡ ζε εγ πρὸς ζγ, ἡ εγ πρὸς γη· ὡς τε ἡ γε πρὸς γη, μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ φοα πρὸς ργ. Η εη ἄρα πρὸς ηγ, διπλάσιον, μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν λδ M θυν πρὸς β M ,γυθ· μείζων ἄρα, μείζονα ἢ ὃν φξα ἡ πρὸς ργ.

Πάλιν δίχα ἡ ὑπὸ ηεγ τῇ εθ. Διὰ τὰ αὐτὰ ἄρα, ἡ εγ πρὸς γθ, μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν ,αρξβ ἡ πρὸς ρνγ. Η θε ἄρα πρὸς θγ, μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν ,αροβ ἡ πρὸς ρνγ. 95

Επι δίχα ἡ ὑπὸ θεγ τῇ εκ. Η εγ ἄρα πρὸς γκ, μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν ,βτλδ δ' πρὸς ρνγ. Η εκ ἄρα πρὸς γκ, μείζονα λόγον ἔ- 100 χει, ἢ ὃν ,βτλθ δ' πρὸς ρνγ.

Επι δίχα ἡ ὑπὸ κεγ τῇ λε. Η εγ ἄρα πρὸς λγ, μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ,ϡξ ,δχογ πρὸς ρνγ.

Επεὶ οὖν ἡ ὑπὸ ζεγ, πέντον ἔ- 105 σα ὀρθῆς, τέτμηται πτερά̀κις δίχα· ἡ ὑπὸ λεγ, ὀρθῆς ἔξι μ ἡ. Κείσθω οὖν αὐτῇ ἴση, πρὸς τῇ ε, ἡ ὑπὸ γεμ· καὶ ἐπιζευχθήσθω ἡ ζγ ἔστι δ' μ. Η ἄρα ὑπὸ λεμ, ὀρθῆς ἔξι κδ'. 110 Καὶ ἡ λμ ἄρα εὐθεῖα, πλευρὰ ἑξάγωνου τοῦ περὶ ⊕ κύκλον περιγραφομένου πολυγώνου πλευρὰς ἔχοντος ϟε.

Επεὶ

Rursus; bifariam *secetur* angulus ηεγ, recta εϑ. Pariter ostendetur, rectam εγ ad γϑ, majorem rationem habere, quam 1162 $\frac{1}{8}$ ad 153. Recta igitur ϑε ad ϑγ, majorem rationem habet, quam 1172 $\frac{1}{8}$ ad 153.

Bifariam porro *secetur* angulus ϑεγ, recta εκ. Recta igitur εγ ad γκ, majorem rationem habet, quam 2334 $\frac{1}{4}$ ad 153. Recta itaque εκ ad γκ, majorem rationem habet, quam 2339 $\frac{1}{4}$ ad 153.

Bifariam demum *secetur* angulus κεγ, recta λε. Habet itaque εγ ad λγ, majorem rationem, quam 4673 $\frac{1}{2}$ ad 153.

Cum ergo angulus ζεγ, quæ est recti pars tertia, jam quater fuerit bisectus; angulus λεγ, est $\frac{1}{48}$, *seu* recti pars quadragesima-octava. Ponatur igitur, ad ε, huic æqualis γεμ, & continuetur ζγ ad μ. Angulus itaque λεμ, est $\frac{1}{24}$, *seu* recti pars vigesima-quarta. Ipsaque λμ recta, latus est Polygoni Circulo Circumscripti, habentis latera 96.

Cum

Cum igitur, $\varepsilon\gamma$ ad $\lambda\gamma$, demonstrata sit, majorem habere rationem, quam $4673\frac{1}{2}$ ad 153: sitque ipsius $\varepsilon\gamma$, dupla $\alpha\gamma$; ipsiusque $\gamma\lambda$, dupla $\lambda\mu$: habet itaque $\alpha\gamma$ ad $\lambda\gamma$, majorem rationem quam $4673\frac{1}{2}$ ad 153. Habet igitur $\alpha\gamma$, ad ambitum Polygoni 96 laterum, majorem rationem, quam $4673\frac{1}{2}$ ad 14688.

Contra ergo, Ambitus Polygoni ad Circuli Diametrum, minorem rationem habet, quam 14688 ad $4673\frac{1}{2}$. Quæ Triplum superant, unitatibus $667\frac{1}{2}$; quæ minus sunt quam ipsorum $4673\frac{1}{2}$ pars septima. Adeoque Polygonum hoc, Circulo Circumscriptum, (*ambitu*) majus est quam Triplum Diametri, minus quam parte septima. Multò magis igitur, Circuli Perimetrus, minor est, quam Diametri tripla cum parte septima.

Sit demum Circulus, cujus Diameter $\alpha\gamma$ (*Fig.* 5.) Angulusque $\beta\alpha\gamma$,

tertia

Επεὶ οὖν, ἡ εγ πρὸς τὸν γλ, ἐδείχθη, μείζονα λόγον ἔχουσα, ἤπερ δχογ πρὸς ρνγ· ἀλλὰ τῆς μὴν εγ διπλῆ ἡ αγ, τῆς γλ διπλασίων ἡ λμ· καὶ ἡ αγ ἄρα πρὸς τὸν λμ, μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ δχογ πρὸς ρνγ. Καὶ ἡ αγ ἄρα πρὸς τὸν τῆς πολυγώνου περίμετρον, μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ δχογ πρὸς $\overset{\alpha}{M}$ δχπη.

Ανάπαλιν ἄρα, ἡ περίμετρος τῆς πολυγώνυ πρὸς τὸν περίμετρον, ἐλάττονα λόγον ἔχει, ἤπερ $\overset{\alpha}{M}$ δχπη πρὸς δχογ. Καὶ ὅτι τριπλασία, καὶ ὑπερέχουσι κξζ. ἄρα, τῆς δχογ, ἐλάττονα ὅτιν ἢ ὁ ἑβδομηνν. Ωστε, ὁ πολύγωνον ὁ περὶ κύκλον, τῆς περιμέτρυ ὅτι τριπλάσιον, καὶ ἔλαττον ἢ τῷ ἑβδόμῳ μέρει μεῖζον. Η ἄρα κύκλυ ἄρα περίμετρος πολὺ μᾶλλον, ἐλάττων ὅτιν, ἢ τριπλασίων καὶ ἑβδόμῳ μέρει μείζων.

Εστω κύκλος, καὶ διάμετρος ἡ αγ, ἡ ὑπὸ βαγ τρίτον ὀρθῆς.

Η αβ ἄρα πρὸς βγ, ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν ,ατα πρὸς ψπ· ἢ ὃ αγ πρὸς γβ, ὃν ,αφξ πρὸς ψπ.

Τετμήσθω δίχα ἡ ὑπὸ βαγ τῇ αη. Επεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ βαη τῇ ὑπὸ ηγβ, ἀλλὰ καὶ τῇ ὑπὸ ηαγ· καὶ ἡ ὑπὸ ηγβ ἄρα, τῇ ὑπὸ ηαγ, ἐστὶν ἴση. Καὶ κοινὴ, ἡ ὑπὸ αηγ ὀρθή. Καὶ τρίτη ἄρα ἴση ἔσται ἡ ὑπὸ ηζγ, τρίτῃ τῇ ὑπὸ αγη. Ισογώνιον ἄρα τὸ αηγ τῷ γηζ τριγώνῳ. Εστιν ἄρα, ὡς ἡ αη πρὸς ηγ, ἡ γη πρὸς ηζ, καὶ ἡ αγ πρὸς γζ. Αλλ', ὡς ἡ αγ πρὸς γζ, καὶ συναμφότερος ἡ γαβ πρὸς βγ. Καὶ ὡς συναμφότερος ἄρα ἡ βαγ πρὸς βγ, ἡ αη πρὸς ηγ. Διὰ τοῦτο οὖν, ἡ αη πρὸς ηγ, ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἤπερ βδια πρὸς ψπ· ἡ ὃ αγ πρὸς τὴν γη, ἐλάσσονα, ἢ ὃν ,γιγ δ' πρὸς ψπ.

Δίχα ἡ ὑπὸ γαη τῇ αθ. Η αθ ἄρα, δυσὶ ταῖς αὐταῖς, πρὸς τὴν θγ, ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν ,εδκδ δ' πρὸς ψπ, ἢ ὃν ,αωκγ

πρὸς

tertia pars recti. Habet itaque $\alpha\beta$ ad $\beta\gamma$, minorem rationem, quam 1351 ad 780: ipsa vero $\alpha\gamma$ ad $\gamma\beta$, eam quam 1560 ad 780.

Secetur bifariam angulus $\beta\alpha\gamma$, recta $\alpha\eta$. Quoniam ergo angulus $\beta\alpha\eta$, æqualis est angulo $\eta\gamma\beta$; sed & angulo $\eta\alpha\gamma$: Est igitur & $\eta\gamma\beta$ ipsi $\eta\alpha\gamma$ æqualis. Estque communis, $\alpha\eta\gamma$ rectus. Ergo & tertius $\eta\zeta\gamma$ tertio $\alpha\gamma\eta$ æqualis erit. Æquiangulum igitur est, $\alpha\eta\gamma$ triangulum, triangulo $\gamma\eta\zeta$. Ideoque ut $\alpha\eta$ ad $\eta\gamma$, sic $\gamma\eta$ ad $\eta\zeta$, & $\alpha\gamma$ ad $\gamma\zeta$. Sed ut $\alpha\gamma$ ad $\gamma\zeta$, sic simul utraque $\gamma\alpha\beta$ ad $\beta\gamma$. Ideoque, ut simul utraque $\beta\alpha\gamma$ ad $\beta\gamma$, sic $\alpha\eta$ ad $\eta\gamma$. Et propterea, $\alpha\eta$ ad $\eta\gamma$ minorem rationem habet, quam 2911 ad 780: ipsa vero $\alpha\gamma$ ad $\gamma\eta$, minorem quam $3013\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ (*hoc est*, $3013\frac{3}{4}$) ad 780.

Bifariam *secetur* angulus $\gamma\alpha\eta$, recta $\alpha\vartheta$. Pariter igitur ostendetur, quod $\alpha\vartheta$ ad $\vartheta\gamma$ minorem rationem habet, quam $5924\frac{1}{2}\frac{1}{4}$

(*h. e.*

(*h. e.* 5924$\frac{3}{4}$) ad 780; seu, quam 1823 ad 240; (nam utraque utrorumque sunt $\frac{4}{13}$.) Adeoque $\alpha\gamma$ ad $\gamma\vartheta$, minorem rationem habet, quam 1838$\frac{2}{11}$ ad 240.

Bifariam porro *secetur* $\vartheta\alpha\gamma$ angulus, recta $\varkappa\alpha$. Habet igitur $\varkappa\alpha$ ad $\varkappa\gamma$, minorem rationem, quam 3661$\frac{2}{11}$ ad 240; seu 1007 ad *66*; (nam utraque utrorumque sunt $\frac{11}{40}$.) Habet ergo $\alpha\gamma$ ad $\gamma\varkappa$, minorem rationem, quam 1009$\frac{1}{6}$ ad *66*.

Secetur denique bifariam angulus $\varkappa\alpha\gamma$, recta $\lambda\alpha$. Habet itaque $\alpha\lambda$ ad $\lambda\gamma$, minorem rationem quam 2016$\frac{1}{6}$ ad *66*. Ipsa vero $\alpha\gamma$ ad $\gamma\lambda$, minorem quam 2017$\frac{1}{4}$ ad *66*.

Contra igitur, $\lambda\gamma$ ad $\alpha\gamma$, majorem rationem habet, quam *66* ad 2017$\frac{1}{4}$: & ambitus Polygoni, ad *circuli* diametrum, majorem habet rationem, quam *6336* ad 2017$\frac{1}{4}$. Quæ quidem, ipsorum 2017$\frac{1}{4}$, sunt plusquam triplum cum decem se-

ptua-

πρὸς σμ· (ἑκάτερα γδ ἑκατέρων δ ιγ΄.) Ὡς τε ἡ αγ πρὸς τὴν γθ, ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν ,αωλη θ ια΄ πρὸς σμ.

Επι δίχα ἡ ὑπὸ θαγ τῇ κα. Καὶ ἡ κα πρὸς τὴν κγ, ἐλάσσονα ἄρα λόγον ἔχει, ἢ ὃν ,γχξα θ ια΄ πρὸς σμ, ἢ ὃν ,αζ πρὸς ξς· (ἑκάτερα γδ ἑκατέρων ια μ΄.) Η αγ ἄρα πρὸς τὴν γκ, ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ,αθ ς πρὸς ξς΄.

Επι δίχα ἡ ὑπὸ καγ τῇ λα. Η αλ ἄρα πρὸς τὴν λγ, ἐλάσσονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν τὰ ,βις ς΄ πρὸς ξς· ἡ ὑ αγ πρὸς γλ, ἐλάσσονα, ἢ τὰ ,βιζ δ΄ πρὸς ξς.

Αγάπαλιν ἄρα, ἡ λγ πρὸς τὴν γα, μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ ξς πρὸς ,βιζ δ΄· καὶ ἐπεὶ μέτρον τὸ πολυγώνου πρὸς τὴν διάμετρον, μείζονα ἔχει λόγον, ἤπερ ,ςτλς πρὸς ,βιζ δ΄. Απερ τῶν ,βιζ δ΄, μείζονα

ἐστὶν

ἐστὶν ἡ τριπλασίονα καὶ δέκα οα΄.
Καὶ ἡ διάμετρος ἄρα τοῦ ϛ΄ πο-
λυγώνου τοῦ ἐν τῷ κύκλῳ, τῆς διά-
μετρου τριπλασίων ἐστὶ καὶ μείζων ἢ
δέκα οα΄. Ὡς τε καὶ ὁ κύκλος ἔτι 190
μᾶλλον τριπλασίων ἐστὶ καὶ μείζων ἢ
δέκα οα΄.

Η ἄρα τοῦ κύκλου διάμετρος,
τῆς διαμέτρου, τριπλασίων ἐστὶ, καὶ
ἐλάσσων μὲν ἢ ἑβδόμῳ μέρει, μείζων δὲ 195
ἢ δέκα ἑβδομηκοστομόρια, ὑφ΄ ἓν ἔχουσα.

ΕΥΤΟ-

ptuagesimis-primis. Ambitus igitur Polygoni, laterum *96*, circulo inscripti; Diametri triplum superat, plusquam decem septuagesimis-primis. Adeoque, multo magis, *Ambitus* Circuli, est plusquam *Diametri* triplus cum decem septuagesimis-primis.

Ergo Circuli Perimeter, Diametri triplum superat, minus quam parte septima, sed plusquam decem septuagesimis primis. *Hoc est; minor quam* $3\frac{1}{7}$, *seu* $3\frac{10}{70}$; *sed major quam* $3\frac{10}{71}$ *diametri.*

G EUTO-

ΕΥΤΟΚΙΟΥ

Ασκαλωνίτου

ΥΠΟΜΝΗΜΑ

εἰς τὸν

ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ

ΚΥΚΛΟΥ ΜΕΤΡΗΣΙΝ.

ΕΧΟΜΕΝΟΝ ἂν εἴη ⊕ ἐμὸν πληρωῦν σκοπὸν, τοῖς σαφεστέροις καὶ βεβαιοτέρας ὑπεύθυνοις δεδομένοις τοῦ ὑπ' Αρχιμήδους γεγραμμένων ἐντυγχάνοντι· καὶ τὰ ὁποσαοῦν ἐν αὐτοῖς ἐπεξεργασίας δεόμενα, ⊕ δυνατὸν τρόπον, συνεχῆ ποιεῖν, τοῖς πρότερον ὑφ' ἡμῶν ἐν τῷ περὶ Σφαίρας καὶ Κυλίνδρου γεγραμμένοις· ἔχῃς ὡς ἀληθῶς ἀξίου τυγχάνοντα, τοῦ καὶ τοῖς μείζοσι καὶ πλείονος φροντίδος δεομένοις ὑπεύθυνα.

Εἴη

EUTOCII ASCALONITÆ COMMENTARIUS IN ARCHIMEDIS DIMENSIONEM CIRCULI.

PROXIMUM jam eſt, quo inſtitutum meum proſequar; ut, expeditis quibuſdam ab *Archimede* ſcriptis quæ dilucidiora ſunt, breviorique illuſtratione indigeant; ea etiam quotquot in illis ſint, quæ accuratiori conſideratione egeant, quo poſſim modo, continuè ſubjungam eis quæ à nobis ante ſcripta ſunt, in eo, qui eſt *De Sphæra & Cylindro*, commentario. Ea ſiquidem vere digna eſt quæ ſequatur commentatio, quæ de majoribus eſt, plenioremque conſiderationem merentibus.

Jam autem traditum, proxime sequitur, Libellus ab *Archimede* conscriptus, Titulum inscriptum habens, *Circuli Dimensionem*. In quo, quid homini propositum sit, ex ipsa Inscriptione compertum habeamus. Hoc utique ostensum vult, *Cuinam spatio Rectilineo æquetur Circulus*: Rem, ab inclytis ante ipsum Philosophis, olim quæsitam. Constat enim, hoc ipsum quæsitum esse, quod cum *Hippocrates Chius*, & *Antipho*, solicite quæsiverint, eos nobis adinvenerint paralogismos, quos tum illis satis perspectos arbitror qui *Eudemi* perpenderint *Geometricam Historiam*, tum iis qui nacti sint *Ceria Aristotelica*.

Est autem libellus hic, (ut ait *Heraclides*, in *Archimedis Vita*,) ad usus vitæ necessarios accommodatus. Demonstrat enim, quod *Circuli Peripheria, Diametri triplum superat, minus quam Diametri parte septima, plus autem quam ejus-*

dem

Εἴη δ' ἂν ὡς πρὸς τὸ προκείμενον ἐφεξῆς, τὸ γεγραμμένον Αρχιμήδου βιβλίδιον, Κύκλου Μέτρησιν, τὴν ὑπογραφὴν ἔχον. Εν ᾧ, τὴν πρόθεσιν τάνδρὸς, ἐξ αὐτῆς τῆ ὑπογραφῆς γνωρίζομεν. Βέλεται γὰρ ὑπδεῖξαι, Τίνι χωρίῳ ἰσοδυναμήσει ἴσον ἂν εἴη κύκλον. Γράμμα πάλαι, πρὸς τῶν πρὸ αὐτοῦ κλεινῶν φιλοσόφων, ἐζητημένον. Δῆλον γὰρ, ὅτι τοῦτ' ἂν εἴη τὸ ζητούμενον, ὅσοι Ιπποκράτης τε ὁ Χῖος καὶ Αντιφῶν ζητήσαντες ὑπεμέλως, ἐκείνους ἡμῖν τοὺς παλαιοὺς δεῖξαι, ὡς ἀκριβῶς εἰδέναι νομίζω, τούς τε τὴν Εὐδήμου Γεωμετρικὴν Ισορίαν ἐπεσκεμμένους, καὶ τῶν Αριστοτελικῶν μεταχόντας Κηρίων.

Αλλ' ὅτι μὲν τοῦτο τὸ βιβλίον, ὡς φησὶν Ἡρακλείδης ἐν τῷ Αρχιμήδους βίῳ, πρὸς τὰς τοῦ βίου χρείας ἀναλκαῖον. Δείκνυσι γὰρ, ὅτι ἡ περιφέρεια τῆ διαμέτρου ὑπὲρ τριπλασία, καὶ ἔτι ὑπερέχει, ἔλαττον μὲν ἢ ἑβδο-

μῳ μέρει, μεῖζον ἢ ἢ δέκα ἑβδομηκοσομόνοις. Τοῦτο οὖν, φησὶ, συνέστυς δεδείχθαι· δύρῆσθαι μὴν τοι αὐτῷ, ἀλλὰ πνων Ελίκων, ἀυθεῖαν ἴσλω τῇ δοθείσῃ κύκλου περιφερείᾳ.

Εἰς τὸ Α' θεώρημα.

Το πρῶτον θεώρημα, καὶ τοῖς ὅσὶ ποσὸν μαθημάτων γυμνασαμένοις, οὐδεμίαν ἔχον ζήτησιν φαίνεται· αὐτῆς τῆς Αρχιμήδους ῥημάτων σαφῶς ἐκτεθειμένων, καὶ τὸ συμπέρασμα πρὸς τὴν πρότασιν ἀνελλιπῶς ἀποσωζόντων.

Δοκεῖ δ' ἔτι καλῶς ἔχειν, πρὸς τὴν ἀπόδειξιν, παράλογα μηδέπω δεδιγμένῳ. Εκτέμνω γὰρ τρίγωνον ὀρθογώνιον, φησὶ, Εχέτω τὴν μίαν, τῆς περὶ τὴν ὀρθὴν, ἴσλν τῇ ἐκ τοῦ κέντρου· τὴν δὲ λοιπὴν, τῇ περιφερείᾳ. Αλλὰ, τῇ περιφερείᾳ κύκλου

ἴσην

dem decem septuagesimis-primis. Hoc igitur, ait, quam proxime ostensum esse: Sed &, Inventam ab eodem esse, *Spiralium* quarundam ope, *Rectam datæ Circuli Peripheriæ æqualem.*

In Theorema I.

PRIMUM Theorema, eis qui in Mathematicis aliquantulum exercitati sunt, nullam videtur dubitationem admittere: Cum ipsa Archimedis verba sint perspicue tradita, conclusionemque ad propositionem ipsam absque hiatu aliquo deducant.

Videatur autem, ad Demonstrationem, perperam quid sumsisse, quod nondum fuerat demonstratum. Ubi enim triangulum rectangulum exponit, *Habeat*, inquit, *rectarum quæ circa angulum rectum sunt, unam æqualem rectæ quæ ex centro est; reliquam, Peripheriæ.* At verò, *Circuli Peripheriæ æqualem*

